

OBESUS

IN TICIA

Nobilit adolescenti verā  
pietate, politā doctrinā  
mōrā in trinitate ac in  
genia virtute p̄dicto  
Hilmaro Anthomio à  
Münsteren amico et fidi,  
wh̄o suo dono dedit h̄ic  
librūm Johannes Münster,  
manuq; pastor Lachemus  
Anno Christi C̄ psal: 112  
generatio p̄t oratione  
Dicitur.

R  
Rom: 12:  
strictiv non p̄jorū.

8 Vetus 1546

W

**P A R A B O**  
 LAE SIVE SIMILIA  
 D E S. E R A S M I R O T E R O D A M I  
 ex diligentia autorum collatione nouissim  
 mū recognita, cum mucabulorum  
 aliquot non ita vulgarium  
 explicatione.

ACCESSERVNT ANNOTATIONES  
 longe utilissimae, una cum indice, quæ adolescentiæ  
 usum manifestè monstrabunt, authore  
 Ioanne Artopœo Spirense.

F R I B V R G I   B R I S G O I A E

Stephanus Melechus Grauius excusa  
 debat, Anno

---

M.   D.   XLIV.

# ERASMVS

ROTERODAMVS, CVM  
primis erudito Petro Aegidio celebratissimæ  
ciuitatis Antiuuerpiensis a libellis,

S. D.



V L G A R E quidem & cras-  
sum istud amicorum genus,  
Petre amicorum candidissi-  
me, quorum ut omnis uitæ,  
ita necessitudinis quoque ra-  
tio in corporibus sita est: si  
quando procul seiūctos agere contigerit, an-  
nulos, pugiunculos, pileolos atq; alia id ge-  
nus symbola crebro solent inuicem missitare:  
uidelicet ne uel confuetudinis intermissiones  
ne languescat benevolentia, uel longa tempo-  
rum ac locorum intercedine prorsus emo-  
tatur. Nos uero quibus animorum coniun-  
ctione, societateque studiorum, omnis amici-  
tæ ratio constat, cur nō potius animi xenio-  
lis & literatis symbolis identidem alter alte-  
rum salutemus? Non quod ullum sit pericu-  
lum, ne propter interruptam uitæ confuetu-  
dinem, frigus aliquod obrepat, neue tatis re-

A gionum

## 4 D. ERASMI ROTERODAMI

gionum interuallis semota corpora, copulam acnexum soluant animorū: qui uel hoc  
 arctius sibi conglutinari solent, quo uastioribus spacij illa fuerint dirempta: uerum ut si  
 quid ex amicitiae fructu detrahere uideatur  
 absentia, id huiusmodi pignoribus literarijs,  
 nō sine fœnore sarciamus. Proinde nihil quidem uulgarium xeniorum ad amicum adeo  
 non uulgarem, sed plurimas in uno libello  
 gemmas mitto. Cur enim non sic appellemus  
 has ὄμοιώσεις ex opulentissimo summorum  
 autorum mundo selectas? Nuper enim dum  
 Aristotelem, Plinium ac Plutarchum locupletan-  
 tis Adagiorum Chiliadibus relego, dum  
 Anneum Senecam a mendis, quibus ille non  
 contaminatus erat, sed prorsus extinctus, ri-  
 purgo, has obiter annotauit tibi munusculi  
 haudquaquam ingratum futuras: sic enim ag-  
 urabar, quod & te perspicere ad oratione  
 elegantiā natura compositū esse: & intellig-  
 rem non nitorem modo, sed uniuersam pri-  
 pe sermonis dignitatem a metaphoris pro-  
 cisci, Nihil autem aliud est ταραχολή, quam  
 Cicero collationē uocat, quam explicata me-  
 taphora. Cæterorū ornamentorum singula-  
 suā quandā ac peculiarē adferunt gratiam &  
 commu-

παραβολή  
 εἰδέσι.

commoditatem dictioni: metaphora sola cu-  
mulatius præstat uniuersa, quām exornatio-  
nes reliquæ singula. Delectare uis: nulla plus  
habet festiuitatis. Docere studes: nō alia pro-  
bat uel efficacius, uel apertius. Flectere reparas:  
nulla plus addit acrimoniae. Studies copiæ:  
nusquam supplex locupletior. Placet Laconis-  
mus: nulla plus cogitationi relinquit. Subli-  
mitatē affectas: hæc quiduis quantumuis at-  
tollit. Est quod uelis extenuare: nulla magis  
dejicit. ἐνάργειας captas ac lucem: nulla me-  
lius rem ob oculos ponit. Hac fere condun-  
tur adagia, huic gratiam suam debent apolo-  
gi, hæc commendat apophthegmata, huius  
accessione cōduplicatur sententiæ dos, adeo  
ut Solomon ille uir diuinus, oracula sua non  
alio magis quām parabolarum titulo uolue-  
rit cōmendari. Tolle metaphore suppellecti-  
lem ex oratoribus, ieiuna erunt omnia. Tolle  
parolas e propheticis & euāgelicis literis,  
magnam gratiæ partem detraxeris. At fortas  
sedicet aliquis: Belle hic munus suum ornat  
uerbis, quasi uero magni sit negocij, similitu-  
dines nusquam non obuias adducere: uerum  
nos non passim obuias sumplimus, nec lapil-  
los in littore sparsos collegimus: sed exquisi-

tas ali-  
tas Ali-  
tas Ali-

Solomon ora-  
ria sua uis:  
parabolarum  
titulo solius  
omnium das;

6 D. ERASMI ROTERODAMI

tas aliquot gēmas ex abstrusis Musarum the  
sauris deprōp̄simus. Neque enim hæc a ton-  
strinis aut fordidis fori conciliabulis petun-  
tur, quæ doctorum aures & oculos moren-  
tur. Ab intimis naturæ arcanis, e penitissimis  
disciplinarū adytis sunt eruenda, ab eloquen-  
tium poetarum eruditis fabulis, a nobilium  
historicorum monumentis. Qua quidem in-  
re, ut duplex est difficultas, ita gemina laus  
debetur. Primum illud ipsum nō nihil est, per  
uestigasse quod sit egregium. Neq; uero mi-  
nus est, quod deprehenderis, id concinniter  
accommodare. Qemadmodum est aliquid,  
primum insignem reperisse gemmā. deinde  
nonnulla laus est repertam, apte sceptris aut  
annulis addidisse, Addam exēplum, quo res  
fiat dilucidior. Cicuta uenenum est homini,  
uinum cicutæ: quod si cicutæ uinum admi-  
sceras, iam uenenū multo præsentius & pro-  
fusim medicabile reddis, propterea quod uis  
& impetus uini, ueneni noxam citius ad ui-  
talia membra perferat. Iam hoc ipsum rē na-  
turæ tam abstrusam tenere, nōne pars est eru-  
ditionis, nec inelegans nec iniucundat. Age  
iam, si quis ad hunc usum accōmodet ut di-  
cat, adulatioñ amicitiae præsentaneū esse  
uene

Adū latio

uenenū: uerum ei rursum ueneno uenenum esse libertatem admonendi, quam Græci uocant *ταργέντια*: quod si libertatē prius inficias, & ita commisceas cum adulazione. ut tū maxime adulteris amico, cum maxime uideris obiurgare, iam immedicable malum esse: nulla ne hic ingenij laus esse uidebitur. Non mediocris opinor: neque uelim tamen auctor pari gratiā, ubi nihil promerear. Quibus hic titulus præfertur, ex Aristotele, Plinioque, in his mea est collatiōis inuentio. Porro quæ ex Plutarcho, Senecaque desumpta testatur inscriptio, in his nihil mihi vindico, præter colligendi explicādiq; labore, & si quid laudis meretur commoda breuitas. Necq; uero me clam est, quantum similiū pelagus possit ererum omnium naturis, et tot disciplinis, et tot poetis, et tot historiographis, et tot orationibus aggregari. Verum quæ demētia sit, quod infinitū est, uelle persequi? Gustū dūtaxat dare uoluimus, ut ingenia iuuenū ad his similia cōquirēda excitaremus. E Plutarcho cōplura recensuimus, partim quod is autor Græcus est, partim quod in hoc genere sic excellit, ut cum hoc nemo uel eloquētissimum iure conferri queat. E Seneca, quoniam

**8 ERASMI AD PET. AEG. EPIST.**

in eo tum aliud agentes uersabamur, non ita  
multa decerpsumus. Non alienum fuerit, huc  
libellum adagij, aut si mauis, Copiae cōmen-  
tarijs, ceu coronidem adiungere, quod cum  
illis plurimum habeat affinitatis, & ad hanc  
uel in primis faciat. Epithalamium tuū quo  
minus & absolutum sit & æditum, famulus  
meus in causa fuit, qui Louanijs me quidē im-  
prudente, reliquit exemplum. Bene

Vale. Basileæ. Anno a Christo na-

**to M. D. X IIII.**

Idibus Octobrijs,

# PARABO LAE SIVE SIMILIA DES. ERASMI ROTERODAMI.

EX PLVTARCHI MORALIBVS



VI adhortantur, & excitāt ad philosophiam, nec docent nec tradunt Exhortātā: perinde faciūt, ut iij qui præmunt tio ineffigunt lucernā, nec infundūt oleum. cax.

Vt quibus domi nihil est boni, in foro plerūq; uersantur, & obambulant: Sic quidam, quia nihil habeant quod priua Irrequisitū agant, ad publica administranda conferunt sese. tus animus.

Vt qui animi causa nauim ingreditur, ut spectet, aut in ea inambulet: deinde repente soluta, atq; in altū reuulsa, nauseans ac uomens frustra foras prospectat: Sic Temerari qui leuiter, & quasi lusus gratia attingunt Remp. sed tas in uā semel suscepta nō possunt sese explicare, negotiorum num pœundis secum hominem & inuitum trahentibus.

Vt qui personatus in theatrum procedit histrio: Sic Magistra qui ad Remp. administrandam accedit, non ut ciuibus eius mutatis, profit, sed sibi gloriam comparet. lis,

Qui sensim ac uolentes descendunt in puteum, ni-

A 5 hille

**Consulte** bil leduntur: qui casu incident, ualde turbantur. Sic facti non qui certo consilio accedunt ad Remp. moderate ferūt: poenitet. qui se temere iniiciunt, eos poenitet.

**Administ** - **stratio** **reipub.** **Vt** unum primum seruit, ac paret bibēti: ac paulas tim admixtum uenīs, rapit hominē, ac traducit in suos mores: Ita qui Remp. administrat, initio se populi moribus accommodat, post sensim cū ad sua trahit instituta.

**Magistra** **in laqueos**: Sic ut multitudinē in tuam adducas senten-  
tus pru- **tiam**, illius ingenio obsecundes, & obseruias oportet.

**dens.** In facie plus offendit neuus, aut uerrucula, quam

**Delictū** **principis.** **in reliquo** corpore grandes macule, aut cicatrices: Sic exigua delicta, magna uidentur in principe, cuius uita in conspicuo est.

**Vt** mulieres laborātes citta, aut stomacho naujeana  
**Populus** tes, malos quosdam cibos ingerunt, ac paulo post reuo-  
inconstās munt: Sic populus per stultitiam, aut inopiam meliorum,  
quos quis etiam creat magistratus, ac eosdem pau-  
lo post abiicit.

**Vt** optimum uinū, si in uas sordidū & impurū infu-  
**Doctrina** sum sit, perdit gratiā: Ita bona sententia, si à malo uiro  
gratiā proficiscatur, aut si doctrina in malū uirū inciderit.  
perdit.

**Vt** non satis est clavis, neq; frenū, nisi ad sit qui atra-  
**Ratio.** te moderetur: Ita nō sufficit eloquentia ad moderandū  
populum, nisi accesserit sermonis moderatrix ratio.

**Dissimile** **Qui** nauem gubernat, aliena uoce, iussuq; utuntur.  
Sed qui

# EX PLVTARCHI MORALIBVS 11

Sed qui Remp. gubernant, in seipsis sapientiam habeat Magistra  
oportet, ut non sit opus aliena uoce. tuſiapiēs

Vt qui obtuso freno conatur equum domare, excu- Temeritas.  
titur, equo contemnente frenum: Sic qui populum uincere conatur, non satis instructus potentia, ab imperio  
deturbatur.

Qui plebem ludis, epulis, largitionibus regunt, similes sunt ijs, qui bruta animalia pascunt, aut uenantur. Musici leui chordarū tactu demulcēt, nō graui pulsu. Oratio sic oratio placida, citius quam aspera mouet populū. placida,

Vt longiore uia potius utendum est, si modo sit tu- tior, quam breuiore & periculosa: Sic ad opes, ad glo- Studium  
riam enitendum, ut serius cōtingant tuto potius, quam glorie statim cum periculo.

Vt ignis non reddit fumū, si statim emicet flamma: Inuidia.  
Sic nec gloria est obnoxia inuidiae, si protinus elucescat: sed eos qui paulatim crescunt, sequitur inuidia.

Vt hedera adherens arborū ramis, ope aliena in al- Cōsuetu-  
tum erigitur: Sic obscuri, consuetudine potentium cre- do poter-  
scunt: deinde præfocat eos, à quibus sunt cuecti in altū. tium.

Quædam corpora lumen solis exceptū suo fulgore Gratitu-  
uiciissim augent atq; illustrant: Ita quidam aliorū fauo re cōmendant, uiciissim suis dotibus eos cōmendant. do.

Non quæuis arbor patitur cōplete tentē se uitem, sed Ambitio  
quæda præfocat eā, & extinguit: Ita ambitiosi quidā, iuuenes ob inuidiā premunt, ne quando emergant. sus.

Guber

Gubernator optimos querit nautas. Architecton  
Principis doctissimos querit ministros. Ita princeps eos asciscet  
amicos, qui ad Rempublicam administrandam maxime  
sint idonei.

**Emenda-**  
**tio lenta.**

Musicus chordas dissonantes, non statim abijcit: atque  
incidit: sed sensim intendens, aut remittens, ad con-  
centum adducit: ita princeps leniter debet emendare  
peccantes, non protinus tollere.

Iaculum, si in solidum aliquid inciderit, non nun-  
Conuicium quam in mittentem retorquetur: Ita conuicium in for-  
tem & constantem virum tortum, recidit in conuicium  
facientem.

Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortu-  
Princeps ne quemadmodum dicit Euripides: Ita princeps non  
nisi in graibus & arduis negociis exercebitur.

Alexander Bucephalum iam senem ab alijs equis  
gestandum curare solebat, donec ad hostem uentum es-  
Magistra set, ut integer ad pugnam ueniret: Ita senum magistra  
tus senex. tuum utendum opera, ut eis admatur quantum potest  
laboris, ad necessitatem usus illorum reseretur.

Gubernator quædam suis manibus facit, quædam  
per alios: & aliquando alijs ad clauum ad missis, ipse  
in proram demigrat: Sic in Repub. non debet unus occi-  
cupare omnia munia, sed alijs uicissim dare locum. Re-  
tius enim fieri, quæ multorum manibus peragantur.

Histrion, sic affectus ac mores addet fabulæ de suo,  
ut præ

# EX PLUTARCHI MORALIBVS 13

ut præscriptum tamen, & numeros non prætereat: Ita qui magistratum gerit, sic administret, ut præscriptum regis non exeat.

Non est infirmior manus, quod in digitos sit disse= <sup>agitor</sup>ta, sed ad operandum agilior: Ita negotia multis com-  
municata, in Repub. plenius conficiuntur.

Vt qui nō consueuerunt neq; cœnare, neq; lauare, nisi ex præscripto medici, iij nec sanitate fruuntur: Sic qui omnia ad principis iudicium refert, reddit eos do= Adulator  
minos plus quam uellet ciuitas, ut nihil iam nec recte tyranum  
fieri possit, nisi principis arbitrio. facit prin-  
cipem.

Medici morbos quos non possunt prorsus tollere, ad summa corporis in apertum euocant: Sic magistratus Clemētia si clam ciuitatis uitijs mederi non potest, ut quam mi-  
nime medicis ac pharmacis, hoc est, supplicijs egeat.

Medicus multo educto sanguine corrupto, paulum innoxij cibi ministrat: Sic princeps sublatis multis ma= Gratia  
lis ac nocētibus, leui gratia, & humanitate molestiam eam mitigabit.

Vt qui præternauigatis syrtibus, iuxta portum fran- git nauē, nihil magni fecit: Ita qui uno, atq; altero ma= Constan-  
gistratu recte gesto, in summo naufragium facit. tia.

Vt Colossi seu statuē male libratae, sepius subuertū= tur: Ita nimius honor per inuidiam euertit multos. Honor

Ex aluearium strepitū ac tumultu, colligunt apes Dissimile  
recte ualere: contra ex quiete rem publicam. Quies.

Ex festis

14 D. ERAS. ROT. SIMILIA

Dissidiū. Ex festuca incensa, aut lucerna neglecta domi, non nunquam conflagrat urbs tota: Sic ex priuatis odijs ac dissidijs publica pernicies oritur.

Aer qui est in auribus, nisi tranquillus sit, & canens propria uoce, sed tinnitus fuerit ac tumultu plenus, nō exacte recipit ea quae dicuntur: Sic ea pars, que plura. philosophia dicta, iudicat, si qd intus obstrepat, et obtinniat, non recte iudicabit, quae foris accipiuntur.

Dissimile Morbi corporis pulsu, & colore deprehenduntur: Morbus corūq; aduentū calor & laſitudo prænunciant, At animi, nimi morbos pleriq; non intelligunt esse morbos.

Agnitio Ut est initium sanitatis, sensus morbi: Ita correctio culpæ. nis initium, agnoscere culpam.

Pertinaciam. Ut difficillime sanantur, qui sui sensu carent in morbo, ueluti lethargici, ac phrenetici: Ita difficillime reuocantur ad bonam mentem, qui nō agnoscunt sua uitia.

Affectus. Ut periculosior est tempeſtas, que nō ſinit in portu appellere, quam que uetat nauigare: Ita grauiores animi motus, qui non ſinunt hominē cōſistere ratione perturbata, ſed præcipitē auferunt in tempeſtates.

Dissimile Qui corporis morbo laborant, quieti ſe tradunt, Morbus medicum accersunt, abſtinēt: ſed qui ægrotant animo, animi, quo grauius ægrotant, hoc magis abhorrent à quiete, & à medico.

Ut ex igni & terra ueluti necessarijs, compositus est mundus, iuxta Platonem, terra ſoliditatem conſente

rente, igni calorem ac formam: Ita magna imperia non Acquisi-  
parantur, nisi misceatur cum fortuna uirtus, & altera tio impe-  
alteri sit auxilio.

ut mundus non erat mundus, minutioribus corpo-  
ribus adhuc sparsim uolantibus, & elabentibus: solidio-  
ribus uero inter se depugnantibus, sed tempestatis, era-  
roris, tumultus plena erant omnia: donec terra ex his  
accepta magnitudine, seipsam figeret, alijsq; in se sta-  
bilem præberet sedem: Sic magna imperia plena tu- Magni  
multus, donec aucta potentia, etiam finitimi regibus imperij  
stabilitatem præstat, ut terras ceteris elementis circum trāquili-  
ferentibus sese.

Ut nauis multis ictibus compingitur, clavis, paxil-  
lis: deinde ad tempus aliquatum relinquitur, donec co-  
hescant clavi commissuræq;: deinde tuto fulcat ma-  
ria: sic ciuitas multis sudoribus conditur, donec aucta  
tempore, tutā ac tranquillam uitam præbeat ciuib.  
Ciuitas

Qui uenantur bestias, induunt exuum cerui: qui  
aucupantur aues, plumatis utuntur tunicis, cauentq;  
ne tauris apparent in ueste purpurea, rubra, aut alba  
Elephantis, quod hoc colore irritentur: Sic qui uelit fe-  
ram rationem cicurare, domareq; moribus ac uestitu  
semet illi ad tempus accommodet, necessum est.

Accōmo  
datio mo  
rum.

Ut aeris circumfusi temperies elicit terræ fertilita-  
tem: Contra cœli inclemencia uitiūq; premit atq; extin-  
guit: Ita fauor & benignitas principis, excitat honesta  
Benigni-  
tas.  
studia

studia. Rursum tenacitas, & odium extinguit arteis.

**Opes.** Ut ceruis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus: Ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit.

Rex im- **Vt Cyclops exoculatus manus quoquò uersum por-**  
prudens. **rigebat, nullo certo scopo: Ita magnus rex, cui desit pru-**  
**dentia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed**  
**nullo iudicio.**

**Fortuna.** **Quemadmodum imperiti artifices, cum statuis**  
**exiguis magnas subdunt bases, magis conspicuam red-**  
**dunt illarum exiguitatem: Ita fortuna si pusillo ani-**  
**mo munus amplum addat, indicat & arguit magis ani-**  
**mi humilitatem.**

**Vsus.** **Vt ferrum si nō utaris, obducitur rubigine: Sic ani-**  
**mi uigor, nisi negotijs tractandis exerceas.**

**Indecorū** **Qui simul & rem publicam tractat, & artem exer-**  
**cet sedentariam, perinde facit, atq; ille, qui mulierem**  
**ingenuam ac probam, detracastola, datoq; præcincto-**  
**rio, in officina detineat.**

**Lapsus in uitium.** **Vt Herculem parum decebat, exuto leonis exuvio,**  
**uestis Milesia, cum seruiret Omphale: Sic parum deco-**  
**rum ciuili uiro, deposita quam gesit persona, ad ocios-**  
**sam, ac uoluptariam uitam se conferre.**

**Fama dif-** **Ignis semel accensus facile seruatur, extinctus haud**  
**ficulter re** **facile redaccenditur: Ita famam tueri facile est, extin-**  
**uocatur. Etiam non facile est restituere.**

Deliacum nauigium, dum subinde sarcitur, & recon- Industria.  
cinnatur, ueluti perpetuum in multa secula redditur. Sic  
fame semper aliquid adiiciendum, ne collabatur.

Canis ignotos allatrat, erga notos mitior, secundum Heraclitum: Sic inuidia nouos homines, & nuper eue= Inuidia.  
tis potissimum infestat, in notos iam mitior.

Flammarum primum emicantem multus comitatur Gloriam fumus: qui quidem evanescit, iam inualesceat & ex= premit in plicante se flamma: Sic res egregias aggredientem ini= uidia. tio multa premit inuidia, donec aucta gloria inuidiae fumum discutiat: Nam fumus gloriae inuidia est.

Vt stultus, qui aduersis uentis & undis nauigat, or Consilium  
tatrannilitate portum petit: Sic qui tum negocium intempe= relinquit, cum diu iam cum inuidia lucratus, deinceps stium. citrainuidiam uiuere possit.

Vt difficillimum ac periculosum est annosas arbo= Mutatio  
res, quae iam late sparsere radices, reuellere loco, & periculosam  
alio transplantare: Ita Remp. longo tempore suis in= aurea si= ueteratam institutis, ad aliam uitae rationem traduce= militudo. renon licet citra maximos rerum motus.

Vt ferrum, aut aës usu splendescit: Sic exercendis ne Vsus.  
gocijs enitescit animi uigor.

Vt gaudent, qui à furiosis dominis aufugerunt: Sic Libido.  
gaudere debent senes, qui ætatis beneficio libidine non infestantur.

Ibin aiunt, ubi consenuit, iamq; quod erat turbi= Senectus.  
B dum

dum, expirarit, magis aromatice olere. Sic gloria senū  
tranquillor, & consilia sedatoria.

**Senectus.** Ut aqua uino admixta reddit illud moderatius: &  
sobriæ nymphæ deum temulentum compescunt: Sic in  
Repub. senes admixti, iuuenum temeritatem & ambi  
tionem reuerentia sui reddunt moderatiorem.

**Princeps.** Ut in scena dloρυφόρημα tantum ostenditur, nee  
nō frugi. loquēs quicquam, nec agens: Sic princeps, qui uestitu,  
& titulo tantum principem agit, nihil autem curato  
rum, quæ uere sunt principum officia.

**Inbecilli-  
tas animi** Ut arcus tensus rūpitur: sic animus remissus frāgitur  
**Mistum** Ut cantor senex non omittit artem, nec abiicit ly  
**Repub.** ram, sed leuiores sequitur harmonias, & uocis fugitat  
non dese. contentionem, iuuenibus aptiorem: Sic in sene&tute nō  
rēda seni, oportet à Repub. prorsus desistere, sed eligere negotia  
bus, remissiora, quæ conueniant ætati.

**Athletæ** abstinent à laboribus necessarijs, ut in non  
**Dissimile** necessarijs ualeant: nobis contra faciendum.

**Labor ir** Qui equos domant, primum blandiūtur, ac mollissi  
ritus, me tractant, ut assuescant freno: Sic populus lenitas  
**Lenitas.** te subeundus.

**Vestalibus** tempus erat prestitutum: primum in  
**Ordo.** quo discerent: Alterum in quo exercecerent: Tertium,  
in quo docerent. Idem fiebat in sacerdotibus Ephesiæ  
Dianæ. Itidem faciendum ijs, qui Kempub. gerunt.

**Dissimile** Arbores inuidæ, uetulæq; subnascentes arbusculæ  
umbra

umbra sua premunt, nec sinunt efflorescere. Non sic fa Senectus ciendum senioribus magistratibus, sed inuitandi potius, & adiuandi iuvenes.

Remedia statim mordent uel offendunt, postea con ferunt salutem & uoluptatem. Ita salubria monita initio sunt non nihil amara, postea correcto iucundissima. Principia amara.

Insania alendi equos, non consequitur lenticulam, Adulatio sed arua frumentifera: Sic adulatio non infestat pauperes, atq; humiles, sed magnarum familiarum ac fortunatarum ruina morbusq; est.

Pediculi corpora exanima deserunt, utpote defecta sanguine quo alebantur: Sic adulatores rebus prospexit ac feracibus adsunt, aridas & steriles non attingunt. Adulator

Vt nummum exploras, num sit adulterinus, priusq; Amicus. eo sit opus: Sic amicus probandus antequam eo sit opus.

Vt qui prægustando letale uenenum, in exitium co-  
inciunt se: Sic qui amicum admittit, priusquam cognoverit, suo malo dicit qualis sit. Tarde amicus co-  
parandus

Vt ignis omnium conditorum est suauissimum, dulcat si admisceatur. Amicitia velut inquit Euenus: Ita amicitia omnem uitam con-

Vt adulterina splendorē ac nitorem tantū auri imi- tatur: Sic adulator gratiā, obsequiū & hilaretate amici. Adulatio

Vt sylvestria semina, quæ spatio ac magnitudine accedunt ad triticum, haud facile repurgantur, nam per angusta foramina non excidunt, per ampla simul

20 D. ERAS. ROT. SIMILIA

excidunt: Sic adulatio, quæ amicitiam imitatur, non facile ab amicitia reiicitur ac separatur.

**Adulator.** Obsoniorum egregij artifices condimentis nonnihil austeri admiscent, quo dulcedinis tollant satietatem:

Sic adulatores fictam quandam libertatem ac seueritas

**Adulatio-** tem admiscent, ut nunquam magis adulcentur, quam  
**nis fucus** cum uidentur obiurgare ac libere loqui.

**non facile** **cernitur.** Ut difficile deprehenduntur bestie, quæ ad loci similitudinem mutat colorem: Sic eos assentatores haud facile deprehendas, qui ad omne uitæ institutum omnésq; affectus sese accommodant.

**Adulator** Qui alunt beluam, primum accommodant se illius  
**otsequens** ingenio, & animaduertūt quibus rebus offendatur aut placetur, donec assuefacta fiat tractabilis: Sic adulator

**Adulator** omnibus amici studijs & affectibus sese accommodat.

**mutabilis.** Ut præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subiecti soli: Ita adulator sui dissimilis est, pro re nata sese adaptans.

**Dissimile** Simia dum hominem imitari conatur, sæpe capitur.

**Adula.ca** Ast adulator idem faciens, alios capit & allicit.  
pit hoīem Ut Circes poculis homines subito transformabantur in feras: sic affectus repente aliū reddunt hominē.

**Adulator** Ut speculum quicquid obiicitur imitatur. Sic aduersarius. lator.

**Adulator** Ut umbra quicquid agas, respondet & adest: Sic sequax. adulator quoquo te uertas sequitur.

Chamaleon

Chamæleon omnem imitatur colorem præter quām adulator  
albūm: Sic adulator in turpibus nihil non imitatur: so honestum  
lum quod honestum est, imitari non potest.

Vt imperiti pictores, cum pulchra non queant esse Adulator  
qui, rugis, et uerrucis exprimunt similitudines: Sic ad uitia diffi-  
lator refert, intemperantiam, iracundiam amici. mulat.

Bene olet unguentum, bene olet et pharmacum: Adulator  
verum illud ad nihil utile, nisi ut delectet, hoc præter delectat,  
odorem maiorem habet utilitatem: Sic adulator tan-  
tum iucundus, amicus etiam utilis et necessarius.

Pictura colores habet iucundos: sunt et pharmaca amicus iu-  
grati coloris: Sic amicus ideo delectat, ut iuuet, adulat.  
tor tantum delectat.

Medicus si res postulet, aliquando crocum et nar, Amicus in-  
dum injicit, et lauat suauiter, et pacit humaniter: Sic cundus et  
amicus aliquando blandus est. utilis.

Quidam tauris œstrum, canibus crotonem in au- Amicus.  
res immittunt: Sic adulator in aurem admissus, haud Adulator.  
facile excutitur, sed transuersum agit quo lubet.

Pictores illustrant lucida appositis umbris et ob- adulator  
securis: Sic adulator laudans diuersa uitia in alijs, in laudat ui-  
amico nutrit ac fouet quæ adsunt. tia.

Vt oratores aliquoties aliam personam loquen- adulator  
tem faciunt uel fidei causa, uel ut inuidiam fugiant: non audi-  
Sic adulator narrat, quæ ab alijs de amico audierit, ta fingit.  
etiam si non audit.

**Misératio** Palæstritæ corpus humiliant, ut alios deiçiant:  
Ita quidam seipsoſ uituperant, ut uideantur admirari  
familiares.

**Gestus af-**  
**sentandi.** Ut pictura eſt tacita poëſis: Ita silentio quoq; lau-  
dat adulator, nempe uultu nutuq; et obsequijs.

**Adulator** Ut qui uenantur, facilius fallunt feras, si aliud ager-  
taudat. tes, hoc eſt, iter facientes, aut agricolantes, id faciant:  
Ita maxime laudat adulator, cum non apparet eum  
laudare.

**Laus.** Si ager laudando redderetur fertilior, non minus  
laudandus eſſet quam arandus aut stercorandus: sic  
amicus si redditur laude melior, expedit aliquando lau-  
dare: ſin minus, quorsum pertinet in utiliſ pafatio?

**Adulator** Ut Patroclus, in bellum proditurus, reliqua qua-  
nō admo- de Achillis arma ſibi ſumpſit, ſolam baſtam, ut graue-  
net. ac preualidam non attigit: ita adulator omnia ueri  
amici ſymbola imitatur, præter ſolam admonendi li-  
bertatem.

**Adulato-**  
**ris liber-**  
**tas** In Menandri comœdia inducitur falsus Hercules,  
clauam geſtans, non robustam, ſed inanem ac leuem:  
Sic adulatoris libertas mollis eſt et blanda.

Ut puluinaria mulierum quanquam uidentur re-  
niti, ac reſſtare capitibus, cedunt magis et accommodo-  
Adulator dant ſeſe: Sic libertas adulatoris tumet quidem, ſed in  
facile cæ- ſe recipit inclinantem.

Ut mel exulcerata mordet ac purgat, alioquin uti-  
le et

*et* dulce: Sic amici libertas non mordet, nisi si quid Libertas  
est uitiosum *et* corrigendum.

amicis.

Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in graui-  
bus rebus tacet, idem facit quod aliquip, finens athle-  
tam inebriari *et* libidinari, circa lecythum duntaxat  
difficilis ac morosus.

Nō teme-  
re culpan-  
dus ami-  
cus.

item quasi preceptor puerū de stilo ac tabula obiur-  
get, barbarismū aut solocismū cōmitētem dissimilent.

Item quasi malus orator, nihil ad argumenta re- Iniquū in-  
spondens: uocem aut codicillos indiligenter scriptos dicium.  
calumniatur.

Item perinde ac si quis hominis tuberibus ac fistu- Adulator  
lis laborantis, medicis milio pilos *et* ungues secet: Ita intempe-  
adulator libertate utitur in ijs, in quibus non est opus. stius ad

Ut si quis merum, alioqui conferens aduersus cicu- monitor.  
tam, admisceat illi, uenenum reddit immedicable,  
quod calore uim ueneni protinus deuehat ad cor: Ita *et* adulatio-  
adulator, intelligens libertatem esse remedium aduer- adiuncta  
sus adulationem, eam ipsam adulationi admiscet, quo magis sit noxia.

Vt medicus dat operam, quo sanitatem tueatur *et* Amicus.  
augeat: Ita facit amicus: at adulator ulcerosas titila-  
lat partes.

Sunt cibaria, quae neq; sanguini conferunt, neq; spi Adulato-  
ritibus, neq; neruis, neq; medullis: sed pudenda tantum ris oratio  
mouent, uentre inflant, corpus turgidū reddunt. Ta

24 D. ERAS. ROT. SIMILIA

*lis est adulatoris oratio, uitiosa tantum auget, & irritat alioquin infusifera.*

**Adulator.** *Vbi corpus uitiosis inflatum humoribus, ibi ad sunt bubones: Sic ubi irascitur, amat, odit amicus, id premit adulator.*

**Philautia.** *Vt tragœdiarum histrionibus choro opus & amicis concinentibus, theatroq; applaudente: sic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt nisi sint qui applaudat.*

**Adulatio.** *Quemadmodum iuxta mathematicos superficies & lineæ nec inflectuntur, nec producuntur, neq; mouentur per se, cum res sint intelligibiles, sed inflectuntur, producuntur & migrant pariter cum ipsis corporibus: Ita adulator suopte quidē affectu non mouetur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet.*

**Amicus.** *Animal in intimis uires habet maxime proprias: Sic amicus nihil ostentat, sed tum cælat, cū maxime iuuat.*

**Amicus semper iuuat.** *Vt medicus & non sentientem sanat: Sic amicus etiam si ignoretur, amicum iuuat.*

**Adulator nūl syncerum dicit.** *Vt mala pictura, fractis uestibus, rugis & angulis rem repræsentat: Sic adulator sudoribus, clamoribus amicum imitatur, nihil exhibens syncerum.*

**Aulator uoluptatū minister.** *Simia cum nec domum possit seruare more canis, nec onera gerere quemadmodum æquus, nec arare sicut tiboues, parasitatur ac risum mouet: Sic adulator cū in serijs ac grauibus rebus nesciat esse usui, uoluptatum minister est.*

*Quidam*

Quidam male pinxerat gallos gallinaceos, iusitq; Collatio & puero, ut ueros gallinaceos procul abigeret à tabula, micos pro ne collatione deprehenderetur: Sic adulator ueros bat. amicos pro uiribus abigit, ne ex illorum comparatio ne deprehendatur fictus amicus.

Pharmacum non adhibitum in loco, dolet absque fructu: Sic obiurgatio non ut debet admota. Atque idem facit amicus cum molestia, quod adulator cum uoluptate: Lædit enim uterq;. Importus  
nū officiū.

Qui lignum ob imperitiam rectum facere nesciunt, Incauta distorquent in diuersam partem: Sic quidam fuga uitij fuga uitij, in aliud uitium incidentur grauius.

Vt medico carnem secante, manus concinnitatem quandam & elegantiam seruat, abest autem saltatoria Libertas gesticulatio: Ita libertas admittit urbanitatem, seruata grauitate grauitate. Adulator risibus, scurrilibusq; iocis liberta condita. tem, ueluti malis condimentis edulcat.

Ignavi canes apud mensam audent, in uenatu mini me: Sic ingenerosum est, cum sobrius libere loqui non In constan tia. audeas, inter pocula id facere.

Aqua delabitur ubique cauum ac decluem lo= Error adū cum reperit: Sic adulator uehementer urget, si quid la latori locū p̄sus est amicus. præbet.

Vt pituita paulatim collecta, tum maxime apparet ac uincit, cum natura uincitur: Sic quidam amici po= Meticulo= tentes admonere non audent, nisi labantur, sed simul sitas sum=

atq; commutata fortunæ aura sunt humiles facti, tum obiurgant.

**Admoni** Sanus fert si exprobres intemperantiam, libidinem, luxum, eadem non ferret ægrotans: Sic admonendus amicus cum desierit irasci aut amare.

**Obiurga** Nutrices pueros lapsos non obiurgant ac puniunt, sed currentes erigunt, deinde obiurgant: Sic amicus cum affligitur adiuuandus est & erigendus, postea monendus, & obiurgandus, quod suo uitio in eam calamitatem inciderit.

**Amicus** Ut rupturæ & spasmata, tum demū mouentur, cā **Simulatus** corpus aliquo malo corripitur: Sic amici non ingenui fœlicibus adulātur, lapsos obiurgant, & illorum infirmitudinio fruuntur.

**Admoni** Oculo lippienti non est admouendum lumen: Nescio. animus affectu laborans, admittit grauem admonitionem, sed admiscenda laus est, ac sic medendum.

**Obiurga** Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicum pertinet, rinde facit, ac si medicus amarū & acre pharmacū ac sumptuosum in leuissimis morbis paſsim admoueat.

**Dissimilis** Velut si qui laborat hepatis uitio, medico ostendat latus morungues exulceratos, inepte faciat: Ita qui graibus labore, borans malis, de nughis consulat amicum.

**Amica** Ferrum prius calore solitum ac molitum, postea frigidata durescit ac solidatur aqua: Sic amicus prius laude delinitus, mox libere admonebitur.

Vt bonis

Vt bonus medicus mauult morbo mederi somno ci Corre.  
boq; quām scammonio, aut castorio: Sic amicus, pater, ctio pia.  
preceptor, magis studet laude corrigerē, quām obiur  
gatione si liceat.

Quēadmodū medicus ubi secuit carnē, nō statim de  
serit sc̄tū, sed rigat ac lenit: Sic qui acrius obiurgauit,  
debet reliqua uitæ cōsuetudine lenire eam molestiam.

Vt statuarij primum ictibus incidentū lapidem, po  
stea poliunt atq; æquant: Sic amicus obiurga iōrem le  
nitate mitigabit.

Vt custos aſidens puerō, cauet & admonet, ne quid  
peccet: Sic ratio semper animo præſens nō finit usquā  
labi aut peccare.

Vt imperiti statuarij pulchram existimant statuā, Regum  
quæ sit uastissima mole: Sic reges nō nulli fastu & aspe  
ritate se egregios principes uideri putant.

Vt Colossi foris insignes, Deum aliquem represen-  
tāt, intus pleni luto, clavis, sordibus. Ita rex purpura,  
equis, auro, satellitio magnificus, in animonihil habet,  
preter sordidos affectus & inficitiam.

Statuæ magnitudine molecq; sua librantur, & con  
ſiſtunt: at reges stulti subuertuntur.

Regula primum recta sit oportet, deinde quæ appli  
centur corrigit: Ita princeps primum ipſe uitijs carcat  
neceſſe est, deinde alijs leges præſcribat.

Vt lapsus non potest erigere lapsum: Ita malus &  
ſtultus princeps.

Lenita in  
crepatio.

Ratio.

Rex.

Rex stu-  
tus.

Princeps  
uicijs car  
reat.

Malus

ſtultus princeps.

*stultus princeps non potest emendare populum.*

**Princeps.** *Vt Deus in cœlo pulcherrimum ac iucundissimum sui simulacrum constituit solem: Sic in republica principem qui prudentia, iustitia, benignitate se erga omnes representet.*

**Superbia** *Vt Deus irascitur, qui fulmen ac tonitru imitatur, eosq; in tartara precipitat, ut Salmoneum: Sic superbus & elatis indignatur, qui magnitudinem emulatur, non exprimunt bonitatem.*

**Rex.** *Vt canes ouium custodes excubias agunt, non sibi mentes, sed ouibus: Ita rex non tam sibi debet timere, quam populo.*

**Princeps iu** *Sol iucundissimus est ijs, qui ipsum possunt intueri: stos amat. Ita princeps ijs qui amant iustitiam.*

**Sapientia** *Vt in magna tempestate, ualidissimo clavo, optimo in magnis gubernatore, plurimi fulturis opus est: Ita magnas & requiritur turbulentas res administrati summa opus est sapientia.*

**Malus nō** *Vt in malis somnijs nonnulla turbat animum ægris ledit non tudo, sed preterea nihil efficiunt: Sic mali, sed impotens. tes non admodum ledunt.*

**Quemadmodū** fulgur prius emicat, qd audiat toni Accelerata tru, qd sonitus auribus excipiatur, lumini uisus occurrit iudicij. rat, & sanguis prius apparet qd uulnus: Sic princeps aliquando prius condemnat quam redarguatur delator.

**Ratio.** *In magno fluctu non siflitur nauis, nisi pondus a cora retineat alto infixæ uado: Sic in magnis rerum procellis,*

procellis, summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Princeps

Sol cum maxime tollitur in altum, arduus ad polū absq; te= septentrionalem, tum minimū mouetur: Ita quo maior meritate est potestas, hoc magis cohēcenda est animi temeritas. magnus.

Qui morbo comitiali sunt obnoxij, frigore depre= henduntur. Nam illico capitis uertigine laborant. At indoctos si paululū euexerit fortuna, protinus arguit <sup>1</sup> Inscitiae. cuiusmodi sint.

Vt nō queas cognoscere uas integrū sit, nec ne, nisi li Experien= quorē infuderis: Sic nec hominē nisi imperiū cōmisericis. tia.

Vt medicus libentius sanat oculum, qui pro multis Philoso= uidet, multosq; custodit: Sic philosophus libentius prin phus. cipis animum instruet, qui pro multis sollicitus est.

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut nouit: Sic Sapiēs alie non petit aliunde qualecunq; consilium, qui ipse didi= no non in= cit philosophiam. diget con=

Ixion lunonem amans, in nubem incidit: Sic quidā filio . dum ueram expetunt amicitiam, uulgarem ac falsam Error ami= amplectuntur. ci.

Inter Agathallos, & Acanthylides tantum est odīū, Odium ple= ut si sanguis eorum ui misceatur, continuo separent se bis erga se rursus, ac dis̄siliant: Sic inter patritios & plebem, etiā natum. si quando pro rerum usu coniunguntur, durat tamen usq; odium naturale.

Vt cantharides maxime lēto tritico innascuntur, & roſa

46 D. ERAS. ROT. SIMILIA.

Inuidia  
virtutis æ  
mula. *Trofis florentibus: Sic inuidia maxime comitatur eos,*  
*qui uirtute florent.*

Gloria in  
gens. *Vt sol si immineat hominis uertici, aut prorsum  
tollit umbram, aut minimum reddit: Sic ingens gloria  
extinguit inuidiam.*

Fœlici-  
tas. *Vbi nullum lumen, ibi nulla umbra: Ita ubi nulla fœ  
licitas, ibi nulla inuidia.*

Inuidia a  
amicorum *Qui inuident amicorum fœlicitati, nolunt eos prop  
sus subuerti, sed tamen grauauit illorum excellētia:  
ut qui uicini domum nolint omnino demoliri, sed satis  
habent, si detrahatur quod obscurat proximas.*

Memo-  
ria bono-  
rum. *Vt unguentum non solum delectat olfactum, uerū  
etiam remedio est aduersus male olentia: Sic in malis  
bonorum memoria consolatur.*

Luctus. *Vt semel admissum intro hospitem, non facile expel  
las: Ita luctum receptum tua sponte non possis cum ue  
lis depellere.*

Dissimile  
Luctus  
exacerba  
tio dolo-  
re minuit *Qui lippiant aut alioqui laborant oculis, non sinūt  
alios admoliri manū: At qui lugent, quibusuis se setra  
ctandos exhibet, ut malum quo laborant, exacerbetur.*

Luctus  
bris: ita lugentibus, si à tristibus cogitationem ad lata  
obliuio. transferant,

Culpatio *Quidam Homeri uersus acephalos, id est capite di  
uitæ im  
minutos, ἐρυσίοντες, id est cauda diminutos excera  
merita. punt, tam multa integræ pulcherrimaq; pretermitten*

tes: idem faciunt qui de paucis uitæ malis queruntur  
dissimulatis tot commoditatibus.

Auari cum multa congerant, non fruuntur præsen<sup>t</sup> Avarus.  
tibus, sublata deplorant: Sic qui lugent extinctos, uiuis  
non fruuntur

Vt avis capta, si diutius alatur in carcere, etiam si Senū inui-  
dimitatur, studet eò redire: Sic animus diu uersatus in ta mors.  
hoc corpore, non facile reuellitur: At puerorum ani-  
mus lubentius euolat.

Quemadmodum igni si extinctam subito facem ad Cita-  
moueas, statim redaccenditur: Sic animus si statim euō mors.  
let à corpore, facile reddit in suam naturam.

Vt uestes uidentur addere calorem homini, cū per Opes.  
se sint frigidæ, non addūt autē, sed eum qui est in corpo  
retuentur: Sic opes uidentur dare iucundam uitam,  
cum ea proficiatur ab animo, non à rebus externis.

Vt qui febri laborat, è diuersis diuersa capiūt, hoc Diuitiæ.  
est è calidis frigescūt, è frigidis calescūt: Sic diuitiæ Pauper  
molestiā adserūt stultis, & paupertas gaudiū sapiēti. Bonus

Vt fonti non deest humor, semper ex eo scatens: Sic semper  
probo uiro semper adest gaudium, etiam si res externæ gaudet.  
mutentur.

Vt honoratior est domus, si luceat ignis, quem ad- Fortunæ  
modū inquit Homerus: Sic fortunæ cōmoda splendidio  
ra, iucundioraq; si animi gaudio condecorentur. cōmoda.

Vt aromata pannos, ac laceras uestes odoratas Virtus.  
reddunt,

**Virtus.** reddunt, contra byssus sudore infecta male olet: siē queuis uita iucunda, si uirtus accesserit: contra maliā etiam quæ splendida uidentur, molesta reddit & in toleranda.

**Diues non est fœlix.** Quidam in foro fœlices uidentur, domi moribus uxorum cruciantur, sic diuites foris fœlices apparent, intus malicia noctes diesq; discruciat.

**Vxor māla.** A praua uxore facile diuortium feceris, malicia uia scribus insidet, nec potes illi repudium scribere.

**Dissimile Mœror.** Ita qui inuidia, superstitione, auaritia laborant.

**Malicia.** Ut uxor mala foris ob pudorem est modestior, domi sui similis est: Sic malicia apud alios premit se, in somnis aperit. Nam tum incestat matrem, aut sororē, aut ueneno tollit amicum.

**Animus** ut corpus non est capax uoluptatum, nisi bene temuerē uocerat: Ita animus non capit ueram uoluptatem, nisi luptatis causa liber metu, ac ceteris affectibus:

**pax.** Quemadmodum agricola sylvestribus securim aut ignem admouet, ac funditus extirpat: uineas uero, atq; oleas amputat cautim ac circūspecte, ne forte superuac-

**Cauta emētatio.** cuia resecans, lædat & id quod sanum est: Sic philosophus ex animo iuuenū libidinem, auariciam, inuidiā, penitus reuellet. Ceterum pudorem immodicum cautim emendabit, ne simul omnem euellat uerecundiam.

**Nutrices** saepius extergentes fordes puerorum, ali quando

quando carnem euellūt: Ita dum quædam uitia nimis  
anxie conamur emendare, lædimus.

Emenda-  
tio lenta.

Vt qui demoliuntur ædes templis uicinas, quæ con-  
tigua sunt ea sinunt, ne quid sacri quoq; demoliantur.  
Sic quædam uitia caute sunt corrigenda, quæ cum uir-  
tutibus proxime cohærent.

Corre-  
ctio.

Vt locus supinus ac mollis nihil expellit quod inci-  
derit, nec potest auertere: Sic animus uitiosa præditus  
uerecundia nulli peruius est nisi turpibus affectibus.

Animus  
malus.

Vt qui lucernam non ferunt, multo minus ferrent so-  
lem: Sic qui mediocribus rebus perturbantur, multo  
magis obstupescunt in magnis.

Imbecilli-  
tas animi

Vt amphore facile circumaguntur auribus: Ita qui  
dam quoquis sermone huc aut illuc impelluntur.

Inconsti-  
tia.

Viator qui semel in saxum impegerit, aut gubernat-  
tor in rupem, non solum horret eadem, uerum etiam si-  
milia: Sic qui uitium agnoscit suum, etiam à confiniis  
bus cauebit.

Agnitio  
uitij.

Vt manus eadem in uarios dissecta digitos: Sic mul- Charitas  
torum charitas, eos unum reddit, discretos tamen.

Charitas

Vt in corpore exhumidi, frigidi, calidi, siccitempe- Concor-  
ratura, optima fit constitutio: Sic ex fratrum concor- dia fratriū  
dia maxime floret genus.

Concor-  
dia fratriū

Vt morbus in corpore non admitente quod pro- Calūnia,  
prium est, multarum noxiarum & absurdarum rerum  
gignit appetentiam: Ita calūnia suspicioq; aduersus  
cognatos

cognatos & domesticos, malas & noxias aliorum nec  
cessitudines inducit.

**Cognati** Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos,  
neglecti. perinde facit ac si quis amputato pede carneo, ligneo  
um pedem addat.

**Abdica.** Ut insaniat, qui fratri imaginem ueneretur, corsio  
fratris pulsus pulset ac uerberet: Ita stultum sit amare in adopta-  
tuis nomen, uerum fratrem abdicare, aut odisse.

**Dissimile** Ut quae glutino commissa sunt, si soluantur, facile re-  
**Odiū Fra-** glutinātur: at si corpus rumpatur, haud facile coit: Sic  
ternum. inter alios amicitia dirupta facile coit, in fratribus se-  
mel dirupta, aut non coit, aut cicatricosa coit.

**Frater.** Armis perditis aut instrumentis, licet alia parare,  
corpus aliud parare non queat: Sic amicos alios inues-  
tiges, fratres non item.

**Fratrum** Ex eadē materia prima natura sunt elementa inter  
dissimili- se diuersissima pugnatiſſimaq;: Sic aliquoties ex iſdem  
tudo. parentibus nascuntur fratres ingenij diſſimillimi.

**Odium.** Subduc materiam, extinguetur ignis: subduc occa-  
ſionem, conquiescit odium sive inuidia.

**Fratri nō** Ut ciuiles seditiones rectius in hostes transferimus,  
inuiden- Sic rectius inuidemus alienis, quam fratribus: etiam si  
dum. sit optimum, omnino non inuidere.

**Dignitas.** Ut in bilance, altera surgente, altera cedit ac depri-  
mitur: ita frater eucto ad maiora fratri cedere debet,  
submittens ſeſe, non repugnans.

vt in

Vt in numeris minores additi maioribus eos multi- Fraternal  
plicant, & uicissim multiplicantur ipsi: Sic frater ob- dignitas  
seruiens fratri electo ad honores, & auget illius digni honorē  
tatem, & uicissim ornatur illius splendore.

Vt in digitis, etiā qui scribere, aut canere nesciūt, ta Fratrum  
mē unā cū illis mouētur, & obsequūtur: Sic fratres fra mutua o-  
tribus magistratū administrantibus adesse conuenit. pera.

Vt feris bellū est cū ijs qui iisdem aluntur, cū cete Aemula-  
ris pacē agunt: Sic inuidia & æmulatio inter eiusdem tio.  
artis professores. Nam pugili cum cursorē conuenit.

Vt conuenit amantibus diuersas amicas, in eandem A equale  
depereuntibus male conuenit: Sic dissidēt qui eadem ex studium.  
tegloriam affectant.

Qui diuersam ingrediuntur viam, non possunt sibi Dissimile  
mutuo prodesse: at qui diuersa uitæ ratione utuntur, Diuersa  
adimūt inuidiam, ac magis sibi inuicem sunt auxilio. studia.

Vt macula statim eluēdane inhærescat, et difficilius Diuturna  
eximatur: ita dissēsio fratrū ilico tollēda, ne gignatodiū fratrū dis-

Vt si buboni accedat febris, nihil est periculi: uerū sensio gi-  
si sublato illo tamen morbus perseveret, uidetur altius gnit odiū  
egisse radices: Sic fratrū dissensio, quæ cessat lite fini Fratrum  
ta, cause erat, non ipsorum: at si manet etiamdum ne- dissensio.  
gocio confecto, iam negocium prætextus erat, non cau-  
sa: sed exulceratus animus in causa fuit.

Vt aqua in locos hiantes ac diductos influit, ac ma- Fomes dis-  
pis eos diuellit: ita quidam irritant fratrū dissidia. fidij fra-  
terni,

**Amicitiae** Ut amici detestantur saxum, aut canem incurrentem  
ruptores. qui eos dirimat: Sic execrari debent homines canis  
nos, qui maledicentia sua dirimunt necessitudinem,  
mutuamq; benevolentiam.

**Reconciliatio.** Cassiteris, id est, stannum aut plumbum album, es-  
ruptum ferrum inat, utrumq; contingens propter affi-  
nitatem quam habet cum utroq; ita amicus amicui  
ac benevolentiam disruptam reconciliare debet, utriq;  
se accommodans ex aequo.

**Multilo-  
quium.** Vt non impletur uas quod semper effundit, nihil ac-  
cipit: ita non accipit sapientiam, qui semper loquitur,  
nunquam auscultat.

**Multilo-  
quus.** Erat porticus Olympia, quā Septiuocā uocāt, quod  
pro una uoce multas redederet: Ita locutulei quidam,  
uel uno prouocati uerbo sermonē immensum referunt.

**Mentis &  
gestas.** Vascula inania maxime tinniunt ita quibus mi-  
nimū inest mentis, hi sunt loquacissimi.

**Multilo-  
quium.** Aiunt semen quod statim effunditur, inutile esse ad  
genituram ita sermo garrulorum ad nihil conductit  
Vt aedium ostio carentium, et crumenarum absq;  
vinculis nulla est utilitas: Ita multo magis oris clau-  
stro carentis, nullus est usus.

**Garrulus** Ut triticū inclusum in uase, nō mensura auctū inu-  
fide caret nitur, sed uitiatū: sic garrulus accepto sermoni semper  
addit, et maiorem eum reddit, sed fide iam carentem  
Qui abigat homines cesto Veneris, à Venere uidea  
tu

tur alienus: Sic qui oratione molestus est, & reddit  
inimicos, à Mūsīs est alienus, & utendi ignarus. Quan Oratio.  
doquidem oratio ad conciliandos homines est reperta.

Vt monas non exit suum finem, sed semper in uno Taciturno  
manet, unde & nomē habet. Dīas autem initium dif- nitas.  
ferentiae infinitum, protinus enim per se duplicatur  
ad multitudinem: Ita sermo donec apud unum manet,  
vnde arcānus est & secretus: quod si ad alterum tran-  
sierit, iam spargitur in famam.

Vt proclive non est auem ē manu amissam recipere. Oratio e-  
re aut cohibere: Ita nec dictum semel ab ore profectum, mīssa.  
propterea quod ab alijs uolat ad alios.

Non ut nauem arreptam fluctibus, ancora licet siste Dissimile  
re: Ita uerbum ē portu uelut in alium em̄ssum, Irreuoca-  
bile uer-  
bum.

Vt uas experiamur, aquam non uinum infundimus: Experi-  
Ita friuolum quiddam aliquando committendum ami- mentum  
cis: quo silentijs fidem experiamur, ut si effutiant, nihil fidei.  
sit periculi.

Vt puer glaciem nec retinere potest, nec uult amit- Garrulus  
tere: ita garrulus nec tacere potest quod accepit, nec  
potest obliuisci.

Iaculos & uiperas proprij rumpunt foetus: Sic gar- Garrulus  
rulus uel cum sua pernicie promit arcana.  
prodit.

Aegroti ob odium amari & graue olentis phar Nuncius  
maci, ipsum etiam cyathum oderunt: Sic qui tristia nuntristis.  
ciant, & ipsi habentur inuisi.

- Garrulus** Ut pars corporis uitiata, attrahit etiam à uicinis uitiosos humores: Sic garruli lingua semper ardens & inflammata, secretorum aliquid undique; colligit ad sese.
- Ratio linguae obex** Ut rupes obicitur flumini ne se effundat: ita ratio linguae obicienda, ne temere diffluat.
- Silentium.** Grues cum ex Cilicia deuolat, lapillos in os sumut,  
atque ita taurum monte aquilis plenum tuto transuolant,  
idque noctum, ne uox prodat: Ita tutissimum ubique silentium.
- Pauciloquus.** Ut egregius artifex iaculandi statim scopum petit:  
Ita sapit qui pauca loquitur, sed ad rem.
- Laconicus.** Celtiberi ita ferrum tēperant ac durat, ut infosso in  
terrā quod est terreū, auferatur ac repurgetur: Sic Laconicus  
fermo sublatione superuacui fit penetrantior.
- Dissimile dissidiū.** Ut singula hastilia facile frágas, cōiuncta nō posse:  
Ita dissidentes facile superātur, cōcordes haud facile.
- Sermonis finis.** Non idē finis sermonis qui cursus, iuxta Sophoclem:  
nam illic uincit qui praeuenit, hic qui magis ad rem dicit,  
nō qui celerius: imò uincit sēpe, qui posterior dicit.
- Responsio præceps.** Qui alijs interrogatis, ipsi, præcipiunt responsionem: Perinde faciunt ac si quem ab alio uolentem osculari, priores occupent.
- Vbi res grata, ibi & lingua.** Ut ubi dolet, ibi manum habemus: Ita si quid delectat, ibi linguam habemus, id est, libenter eius rei facimus mentionem.
- Bilitin gentes.** Ut canes, si iram effuderint in lapidem aut saxum,  
mitiores sunt erga homines: Sic qui bilem in alienos  
euomus

euomuerit, placidior est erga suos.

Qui de natura queritur, quod quedā genuerit homini noxia, dissimulatis tot bonis: Perinde facit ac si Ingratus. quis Nilum calumnietur alioqui frugiferū Aegypto, quod crocodilum habeat aut aspidem: nec postea uelit frui prognatis frugibus, sed tantum queratur de uenensis que nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, que multis exuberet uirtutibus, de pauculis uoculis temere elapsis cauilletur.

Plato uetat aquam à uicinis petere, nisi prius domi foderis usq; ad terram, quam Ceramitidem uocant, repererisq; non esse spem uenae: Ita prius excutiendum, ut parsimonia, aliisque uia tibi suppedites, priusquam à mensarijs pecuniam mutuam petas. Mutuum

Templum Ephesiae Diana tutos reddebat obæratoribus à creditoribus: At multo magis frugalitas & parsimonia præbet asylum. Frugalitas.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursum superficit: Ita fœnenerator. Sic & alienum, priusquam conceperit, parit. Nam dantes statim petunt, & ponentes tollunt & fœnerant, quod profœnore accipiunt.

Vt ignis inualescens, alia post alia corripit. Sic Usura. Usura.

Vt equus semel accepto freno, sessorem alium post alium fert: Sic qui semel inciderit in & alienum, nunquam explicatur. Aes alienum.

40 D. ERAS. ROT. SIMILIA

Fœnera- Qui in lutum inciderit, eum oportet aut surgere,  
torū com aut manere: nam si se uoluat, magis etiam inquinatur;  
mertium Sic qui rem habet cum fœnectoribus.

Neglectū Cholerici qui purgari nolunt sub tempus, collecta  
fœnus, indies maiorable, postea grauiter discruciantur: Sic  
qui sinunt fœnus accrescere, cum adest dies, grauiter &  
capite laborant.

Obæra- Qui dicunt, carebo domo, carebo famulitio ne dea  
tus. beam: Perinde faciunt ac si hydropticus dicat medico,  
ego gracilis siam & inanis: nam nihil refert quam graci  
lis sit, modo sanus.

Soluēdū. Ut pedem aut manum, si computruerit, data mer  
debitum. ceder refecamus: Ita domus aut famulitium abiciendū,  
ut liberemur ære alieno, hoc est, ut liberi siamus.

Vt in calamitatibus firmissimi, atq; optimi amici  
adsunt utiliter: Sic & sermones optimi.

Opera no Ut nandi imperiti, dum uolunt succurrere ijs, qui  
cens. præfocantur, ac merguntur, una cum illis merguntur,  
& nocent magis quam prosunt: sic amici qui in rebus  
aduersis tantum collachrymant amico.

Dissimile Non quemadmodum in tragœdijs: Ita nobis in cala  
Anxiliū mitatibus opus est, qui comploret, & collachrymet.  
non lachi Corpus oneris pondere premitur: at animus ex se  
rymæ in se per numero pondus addit rebus.  
calamita te prostrū. Quæ natura sunt amara, his admixtis quibūdam  
dulcibus gratiam addimus: Ita res per se tristes ratio  
ne sunt

EX PLVTAR. MORAL. 4<sup>1</sup>

ne sunt alleuianda.

Vt cochleæ semper domum suum secum circumferebunt: Ita quidam horrent peregrinas regiones.

Vt pueris cum terrentur personis, damus eas in manus, & ueratas ostendimus inanes, ut discant non timerent: Ita conueniet adhibita ratione, res specie terrificas excutere, ut cum uiderimus non esse quod apparent, contemnamus.

Quemadmodum formicæ si semel antro, & apes si semel aluearibus eijs cōtingat, peregrinantur: Ita qui si semel patriam exeat, exiles se putant.

Vt nauis cui firma est ancora, in quo quis portu potest conquiescere: Ita animus si accedat recta ratio quo quis in loco tranquille uiuet.

Qui eos fœlices ducunt, qui per omnia uagantur Peregrinaria terraq; perinde faciūt, ac si quis stellas errores natio iudicet fortunatores fixis, quāquam illis quoq; suis orbis est, in quo uoluantur, nec soli licet suos egredi fines.

Vt qui decretum inferunt ad populum, adscribunt Iactantia, bona fortuna, ne nihil de suo uideantur addidisse: Ita quidam alienis libris nugas ascribunt, quæ nihil ad rem pertinent.

Qui uinum habet acre & uapidum, nec ut uinum Primi potest reddere, nec ut acetum: Ita Zenoni τὸ πόνος motus in uera nec bona sunt, nec mala.

Primum homines inuaserunt animalia noxia, post

C 5 & oues

Ratio tri-  
stiam  
læuat.

Patriæ fu-  
mus dulc.  
Ratio ter-  
roris pel-  
lit.

Ratio trā-  
quillat a-  
nimum.

differēt es

**Caute ius** & oves & boues, postremo à nullo genere temperatum est: & Athenis primum calumniator aliquis super dictum. plicio effectus est, & recte, post hunc unus & alter, postremo nec à bonis est temperatum: Ita cum aperiatur ius in malos, cauendū, ne postea in bonos recidat.

**Venatio.** Pueri ludentes petunt ranas saxis, at illæ tactæ servio emoriuntur: Sic nos animi causa uenamur, sed ferre serio occiduntur.

**Acumen** Ut nō & que cernūt cicadæ & accipitres, neq; similes iudicij nō biter uolat aquila et perdix: Ita nō omnia, quæ rationis omnibus participia sunt, & que ualeat ratiocinandi acumine.

**idem.** Ut os non secatur trama, nisi prius cinere & aceto præmollitum, nec ebur inflecti potest nisi Zutho prius coniuncta mollefiat. Sic fortuna non potest reddere vulneratos malitiæ, animo, nisi accesserit malitia.

Ut medica terra diu retinet semina propter asperitas Morborūtatem, ut sero emergant: Ita morborum, ac dolorum causæ, causæ in hominibus aliquoties diu latent, donec uoluuntur in febrem erumpat.

**Prouidus** Ut sapiens gubernator in tranquillitate tempestas animus, tem expectat. Ita rebus tranquillis ad dolorē aliquem præparandus est animus.

**Fortuna** Ut periculosa est secundum Hippocratem, summe bona, bona corporis ualeudo. Ita rebus maxime prosperis, metuenda diuersa fortuna.

**Repétina felicitas.** Ut deciduae stellæ subito extinguntur: Ita quos fortuna

tuna subito in summa prouerxit, repete soleat corruere.

Vt scarabei, ac uultures offenduntur unguentis, & Scytha iurauit se malle equū binnietē audire, quā m ci- Tharœ dum canentē. Ita non omnibus placent optima. Trahit sua quēq; uoluptas.

Vt Mathematici centro, ac spacio: ita quidam omni uoluptate in uentre circumscribunt.

Luxus.

Vt Polypi non extēdunt sua flagella, nisi ad esculen ta: Sic quidā omnē fœlicitatē cibo, potuq; metiūtur.

Epicuri schola.

Vt maior dolor obscurat minorem: Sic animi uoluptas corporis delectationem.

Voluptas animi.

Vt qui uehemēti laborat fame, nec est quod edatur, suis ipso rū artubus uesti cogūtur: Ita quidā p̄e fame gloria, seipso laudare cogūtur, si desit à quo laudētur.

Propria laus.

Quēadmodum à piscibus Hyrcanis, nec boni quip- piam expectatur, nec mali: Sic Epicurei, nec turbari nos uolunt deorum metu, nec delectari benevolentia.

Epicurei dogmata.

Si fieri potest, lippitudinem auferimus ab oculis, Superstitione. Sin id non licet, non tamen eruimus oculum: Ita si superstitio tolli prorsus non potest, non tamen protinus credendum, nullos esse deos.

Vt principem simul & metuimus & amamus, ut Deus. infestum malis, bonis placidum: Sic & deum.

Dissimile

Non quemadmodum quoties cum truculento agimus tyranno, animo sumus anxio: Sic in sacrificiis myste- Securus animus ritus anxium, ac dissidentem oportet esse. te obit sae-

test, Dissimile

Qui nauem fregit, tamen spe uehitur, nam fieri potest,

44 D. ERAS. ROT. SIMILIA

**Philos.** test: ut corpus natans in terram deferatur: At qui excipit  
phia ex- dit à philosophia, totus perire.  
pers.

**Fœlicita-** Ut athletæ non ferunt coronam, nisi uicerint: sic bo-  
ris præ- nis uiris præmia fœlicitatis nō ante contingunt, quām  
mia. peracto huius uitæ certamine.

**Obiurga** Ut austera remedia, sed necessaria, leuant quidem  
tio acris. ægrotantes, sed offendunt et inficiunt sanos: sic acris  
obiurgatio uitio medetur, probos offendit.

**Stoici** qui se dicunt invictos improhibitos, et ceteri,  
cū omnia secus patientur, similes sunt nauibus, quibus  
**Tituli.** inscriptum est, εὐπλοια, καὶ πρόνοια τὸ ζωτικόν,  
καὶ θεραπεία, hoc est, splendidi, ac magnifici tituli:  
at nihil secius interim iactantur fluctibus, communis-  
untur, ac subuertuntur.

**Sus luto** Scarabei fugiunt unguenta, delectantur fætoribus:  
gaudet. Sic nonnullis peñima pro optimis placent.

**Indocti** Ut pauperiores aliquando donat munuscula ditio  
prouocat ribus, quo plus recipiant: Sic indoctiores prouocamus  
nonnullos, ut eruditiora uicissim illi respondeant.

**Nasci iu-** Accensam lucernam nemo moleste fert, extinctam  
cundum. dolent omnes: tu nasci iucundum, mori inamabile.

**Institutio** Ut non satis est soli bonitas, nisi accedat et cultor  
idoneus, et semina: ita non sufficit ingenij fœlicitas, ni-  
si accedat doctor, et institutor egregius et precepta  
**Affidui-** idonea.

**tas.** Ut stilla cauat affiduitate saxū, ut ferrū cōtractatio  
ne alte

ne atteritur: ita assiduitas etiam durissima uincit.

Vt curruū rotæ ui inflexæ, nūquam ad pristinam re Cōsueta  
stitudinem queunt reuocari, itidem histriorum bacu- dīne de-  
li: ita quedam ingenia sic consuetudine & institutio- prauata.  
ne deprauantur, ut corrigi non queant.

Vt terra quo melior est natura, hoc magis corrumpit Ingeniū.  
pitur, si negligatur: ita ingenia, nisi recte excolantur,  
quo sunt feliora, hoc pluribus uitijs obducuntur.

Est terra quedam asperior, duriorq; , quæ tamen Institutio  
cultæ protinus ferax reddatur: Sic ingenia duriora na- nis uis.,  
tura, institutione mansuescunt.

Nulla ferè est arbor quæ non sterilescat, ac tortuosa  
fiat, si cultura desit: Ita nullum tam felix ingenium quod Recta e-  
non degeneret, citra rectam educationem. ducatio.

Nullus equus recte sessori paret, nisi arte domitus:  
Ita nullum ingenium non ferox, nisi præceptis cicure= tur, & educatione.

Nulla tā fera belua, quæ non māsuescat cura: Ita nul Institutio  
lū tā agreste ingenium, quod in institutione nō mitescat.

Vt molli materiæ facile sigillum imprimitur, si du Puerile in  
rescat, non item: Ita puerorum ingenia facile quamvis genium-  
recipient disciplinam: sin atate durescant, non item.

Vt agricultorū uallos apponunt arbusculis, quo recte  
crescant: Ita qui instituit, addit monita, & præcepta Præce-  
ingenijs salubria, ne deuaricent in uitia. ptor.

Qui diu in uinculis fuerunt, cū soluūtur, tamē clau-  
dicant

46 D. ERAS. ROT. SIMILIA

**Vitiis ad.** dicant adhuc, nec ingredi possunt: Ita diu uitiis assueti, sueti, etiam cum ea deserunt, quædam retinent uestigia.

**Non satis est habere corpus sanum, uerum & bone Ratio.** habitudinis, ac robustum sit, oportet: Sic ratio nō solū pura debet esse, & à uitiis immunis, nisi sit & robusta.

**Optima** Ut plures urbes præter nauigasse pulchrum est, sed retinenda expedit unam incolere optimam: Ita quam plurima sunt cognoscenda, sequenda retinendaq; optima.

**Philoso phia.** Quemadmodum proci cum Penelope potiri non possent, stuprarunt illius ancillas: Ita qui philosophiam non possunt assequi, alijs literis se contaminant.

**Nutrices** uagientibus pueris rursum apponunt pa-  
**Laus.** pillam: Sic discipulus offensus correptione, rursum est laude subleuandus, ne deficiat.

**Modera tur.** Plantæ mediocri aqua aluntur, immoda suffocan-  
tus labor. deratis obruitur.

**Labor.** Ut sunt uices somni & uigilie, noctis & diei, tempestatis & serenitatis, belli & pacis: ita labores leuan-  
di ocio & lusibus.

**Ocium.** recreatus socio animus, ut ad labores reddatur uegetior.

**Judicis de** Ut Hierophantæ, quatenus licet, aperiūt mysteria:  
arduis. Sic de rebus arduis cautim & circumspete iudicandū.

**Tacita laus.** Ut mysteria cum silentio spectantur: Ita quædam melius laudantur silentio, quam oratione.

Vtib

Vt in lance momentum in utrāq; partem æque pro Animus  
pēsum est, & neutram inflectitur: Ita dubius animus. dubius.

Medici pharmacis amaris, dulce non nihil admis-  
cent, ut allicitant: Ita parentes obiurgationis asperita-  
tem lenitate debent mitigare. Asperitas  
parētum  
mitigāda

Auriga non semper adducit habens, sed aliquando  
remittit: Ita pueris non nihil indulgendum.

Vt asparagus spinosus dulcissimum fert fructum:  
Ita ex duris initijs magna uoluptas nascitur. Indulgen-  
dū pueris  
Principiū  
amarum.

Qui prima uirginum dissidia nō ferunt ad tempus,  
idem faciunt quod iij, qui offensi labriscis, uuas matu-  
ras alijs relinquunt. Offensa.

Sponsæ quæ statim offendæ moribus uirorum, eos dese-  
runt: perinde faciūt, ac si quis ictus ab apib. mel reliquat. Repudiū.

Vasa initio quauis occasione dissoluuntur, at tem-  
pore commissuris compactis, uix igni ferroq; dissecan-  
tur: Ita prima coniugatorum consuetudo leui momen-  
to dirumpitur: si coaluerit, longe firmior est. Cōiugiū.

Ignis facile accenditur in paleis, & pilis leporinis: Amantiū  
sed idem mox extinguitur, si nihil addas: Sic iræ aman-  
tium, aut nuper coniugatorum, si nemo se admiscuerit. iræ.

Qui uenenis piscatur, facile interimit, & tollit pi-  
scem, sed corruptum & malum: Sic quæ philtoris ca-  
ptant maritos, stupidos habent & inutiles. Philtrum  
Venefi-

Vt Circe nō fruebatur ijs, quos uerterat in sues aut eijs ade-  
leones, sed Vlyssem sanum ultra omnes dilexit: Ita quæ ptus ma-  
uenefi- rīcus.

48 D. ERAS. ROT. SIMILIA

ueneficijs naclæ sunt maritos, insuauem cum illis uitam agunt, ob dementiam.

Vxor do minans. Quæ malunt dominari demetibus maritis, quæma nis ac prudetibus parere: perinde faciunt, ac si quis in iti nere malit ducere cæcum, q̄ sequi uidentē, & uiae gnarū.

Nuptæ la sciuae. Ut Pasiphaë maluit tauri congressum, cum uxor esset Minois: Sic quædam nuptæ moderatis, ac seueris uiris, ad intemperantium amorem deuergunt.

Maritus Maritus. Ut qui in equum insilire non possunt ob imbecillitatem, docent ipsum infletere genua: Sic quidam genero deprimit, sas ac potentes naclæ uxores, non dant operam, ut ipsi meliores fiant, sed illas deprimunt.

Modera menuxo. Pro equi magnitudine temperamus frena: Ita pro rvis, uxoris dignitate moderanda gubernatio.

Dissimile Vxor pro cultatur: cum abest, lucet: Contra proba uxor praesens te marito maxime confosci debet: eodem absente, maxime condi ac latere.

Duabus uocibus simul sonantibus, gravior fit consensus: Ita quicquid fit in familia, fit quidem utriusque familie consensu, sed tamen arbitrio mariti.

caput. Cum spirat Boreas, conatur uiuestem reuellere, at

homo magis adstringit pallium: quod si sol tepido ueto

Corre, demulserit, iam sponte & tunicam abijcit: Sic uxor contio blan nans coenicijs maritum à luxu reuocare, magis irritata, si placide ferat & roget, magis efficit.

Vt iniuti

EX PLVTAR. MORAL. 49

Vt inutile speculum auro gēmisq; adornatū, nisi re presentet similem imaginē: ita inutilis uxor quantum contra uis opulenta, si uiro mœsto sit hilaris, hilari mœsta.

Vt Geometræ negant moueri lineas & superficies sine corpore, sed una cum corporibus moueri: Sic uxor & in serijs, & ludicris, & risu, & letis, & tristibus, accommodabit se marito.

Vt qui non ferunt uxores secum edere, aut bibere, docent eas ingurgitare, maritis absentibus: Ita qui non communicant lusus, & iocos cum uxore faciunt, ut alibi querant, inscijs uiris.

Vt rex musicæ studiosus complures reddit musicos, literarū studiosus doctos, aleator aleatores, rapax rāpaces: Ita uir cōptus similē efficit uxorē, uoluptuarius incontinentem, castus & sobrius castam & sobriam.

Vt sinistrarum partium ictus redundant in dexteris: Ita uirum oportet uxoris incommodis cōmodisq;

commoueri, & contra.

Vt uincula ex commissura uires accipiunt: Sic ex

consensu uiri & mulieris, familiæ status.

Cōsensus coniugū.

Vt corpus nihil potest absq; animo, nec animus recte ualeat, nisi corpore incolumi: Sic inter uxorem & maritum omnia sunt communia.

Vt uinum appellatur, etiam si maior aquæ pars sit admixta: Ita domus mariti dicetur, etiā si mulier plus contulerit.

D

Vt ne

**Qui du-** *Vt nemo sentit qua parte stringat calceus, nisi qui*  
**sit uxorē** *eius inge-* *indutus est: Ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui*  
*nium no-* *duxit uxorem.*

**uit.** *Quēadmodū febres ex occultis causis, ac sensim col-*  
*lectæ, magis metuuntur, q̄ quæ manifestis & graibus*  
**Offensa** *causis sunt ortæ: Ita occultæ ac pusillæ, cotidianæq; of-*  
*occulta. sensæ magis dirimunt benevolentiam coniugatorum.*

**Qui pronubæ iunoni rem diuinam faciebant, exem-**  
**Matrimo** *ptum fel abijciebant ad altare: significantes à matri-*  
*nium. monio bilem omnem procul esse oportere.*

**Materfa-** *Vt uinū sic austerrū, ut idē tamē sit utile ac iucundū,*  
*milias. non almarū, uelut aloë: sic erit & materfamilias.*

**Verecun-** *Quæ ueretur ridere apud uirum, ne uideatur lasci-*  
*dia. ua, nec agere quicquam ne audax: perinde facit, quasi*  
*nec ungeretur, ne uideretur unguentis uti, nec lauaret*  
*faciem, ne fucis uti putetur.*

**Vxorem** *Vt orator neglectis fucis ac theatricis cultibus, re-*  
*morem cō* *bus ipsis magis mouet auditorem: Sic uxor nō meretri-*  
*mendant. cio corporis cultu, sed moribus commendatur uiro.*

**Viruox** *Vt tibicen per alienam uocem sonat: Ita mulier*  
*uxoris. quædam non grauabitur per uirum loqui.*

**Vxor ob-** *Vt philosophi colentes principem, se reddunt nobis*  
*sequens. liores, non illum: Sic uxores subdentes se uiro, laudem*  
*consequuntur: conantes autem imperare, deterius au-*  
*imperiū diunt, quām quæ subiiciuntur.*

**in uxore.** *Imperiū uiri in uxorem nō erit, cuiusmodi est domi-*  
*ni in*

EX PLVTAR. MORAL. 51

min rem posse ssam: sed cuiusmodi est animi in corpus.

Vt humida miscentur omnibus partibus: Sic inter coniugatos omnia debent esse communia.

Vt cluxus unguētis efferatur, et in rabiē agitur: Ita quedā uxores insaniunt, si senserint in uiris unguēta.

Qui ministrant Elephantis, non sumunt lucidam uestem: qui tauris, purpuream non induunt: nam his cōloribus efferantur. Tigrides tympanorum strepitum non ferunt: Ita uxor ab ijs debet abstinere, quibus sense rit maritum uehementer offendit.

Vt apicula per omnia circumvolans, id quod est utile, domū adducit: Ita studiosus ex unoquoque quod ad mores consert, excerptit.

Vt corporis uitia grauiora sunt, quae faciunt hulcus: Ita quedam animi uitia ob id sunt grauiora quod uehemētius perturbant: minus enim cruciat, si quis nō credat esse deos, quam si quis superstitione timeat deos.

Comicus uenuste dixit de ijs, quilectos inaurant, ac deargentant, cū dij nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno uolunt cōstare: At cum dij somnum nobis dederint curarū, & laborum delinimentum, superstiosus sibi illum reddit carnificinam.

Heraclitus dixit, uigilantibus unum communem esse mundum, sopitos in suum quenq; discedere: At si superstiosus ne uigilans quidem cōmuni cum alijs mundo fruitur, semper somnante cogitatione.

Coniuga  
torū omnia  
cōmunia.  
Vir un-  
guenta re  
dolens.

Vxor pro  
ba.

Sedulitas

Vitia tur  
bant ani-  
mum.

Dissimile

Supersti-  
tiosus.

92 D. ERAS. ROT. SIMILIA

**Dissimile** Polycrates tyrannus non erat formidabilis nisi sa  
mi, Periander Corinthi. Definiebat metuere, qui illuc  
**Supersti-** in liberam ciuitatem emigrasset. At superstiosus non  
volus. habet quo confugiat, ut metu liberetur.

**Dissimile** licet seruis, quibus spes non est libertatis, ad princi  
Seruorum pis statuam confugere, uenitionem postulare, mutare  
**confugia.** dominum si durius habiti sunt quam ferre possint: su  
perstiosis nec hoc licet.

**Seruitus.** Si miserum est seruire, multo miserrimum est serui  
re ijs, quos non posse effugere.

**Dissimile** Latrones aut fugitiui, si aræ aut statuæ apprehende

**Supersti-** rint, intuto sunt: At hic maxime trepidat superstiosus.

**Mentium** Ut tigrides circumstrepentibus tympanis aguntur  
**disparra-** in rabiem: ita quæ bonas mentes compescunt, feræ &  
tio. agrestes irritant & efferant.

Ut quibusdam minus mali fuit, non omnino uidere,  
Malum quam perperam uidere, uelut Herculi, qui filios uides  
minus. pro hostibus occidit: ita leuius malum est, deos omnino  
non credere, quam credere noxios.

**Facilitas.** Bion inquit, quæ ad modum quicquid paxillo appen  
deris, id accipit sustinetq; ita quibusdam quicquid jua  
seris admittunt, quicquid imposueris ferunt.

**Dissimile** Gubernator uidens insurgere tempestatem, deorum  
auxilium implorat, nihilo segnus interim clauum mo  
**Supersti-** derans & antemnam detrahens: at superstiosus de  
tius. pondet anum.

V. tarib

Vt arithmeticorū dīgiti aliquādō ualēt multis mili  
bus, aliquando nihil: sic regū amici aliquoties quiduis Vicissitu  
posūt, rursum mutata in fastidū gratia, nihil possunt. do.

Vt frequentius conuenit ad spectaculum ubi nō=  
nihil theatra & stipis confertur: ita disciplinæ à pluri- Discipli-  
bus coluntur, quæ præter uoluptatem ac dignitatem, næ gratæ,  
emolumenū etiam & commoditatem adferunt.

Vt in tranquillitate corpus expeditū redditur ad= Tempe-  
versus imminentem tempestatem: ita tenui uictu pare- rantia.  
raq; ut medici loquuntur, dieta uiendum, ut si incidat  
opiparum conuiuium, possis enatare.

Vt in conuiuijs temperamus ab appositis cibis, quo Parsimo-  
locus sit laeticj, quas expectamus: ita quotidiana par nia.  
simonia præmuniti sumus.

Vt qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant: Ita Acceptio  
quidam alios accipiunt, ipsi abstinentes. amicorū.

Vt qui sacram pecuniam uertunt in usus belli, uolu Necessa  
ptatem transferunt ad necessitatem: ita qui ad usum rius ut-  
erunt ac bibunt. Etas.

Quidam fastiditis proprijs uxoribus & formosis &  
māribus, cum scorto mercede coēunt, glorie causa ma-  
is quam uoluptatis: ita quosdam cibi delectant uel ob Rara sunt  
dipiū quod rari sīnt, ac magno empti. chara.

Vt axillarum tutillatio risum gignit, sed insuauem Vouuptas  
& p̄fimo similem: ita uoluptates iniucunde, quas cor intuenda.  
us ab animo eximulatum non sponte capit.

**Dissimile** Abominamur fœminas utentes ueneficijs in nos, &  
**Luxus.** amplectimur ciborum artifices.

**Cupidi-** Ut membrum scabiosum semper opus habet frictu-  
**tas.** Ita cupiditas animi nunquam satiatitur.

**Necessi-** Ut Athenienses nunquam de pace consultabant nisi  
**tas tem-** pullati, quemadmodum dicebat Demades: Ita nobis nō  
**perantia** uenit in mentem moderatior uictus, nisi iam febri astu-  
**docet.** antibus, & admotis pharmacis.

**Extrema** Lysimachus ob sitim coactus se dedere Scythis, de-  
**gaudij lu-** inde cum frigidam bibisset aquā, dij boni, inquit, quam  
**etus occu-** brevis uoluptatis causa quantā deposui fœlicitatē? Ita  
**pat.** nobis cogitādum, postquā ob potatiunculā intēpestiuā  
 aut Venerem, in longum morbum incurrimus.

**Memo-** Ut cicatrix admonet cauendum esse uulnus: Ita me-  
**ria malo-** moria præteriorum malorum reddit cautiiores.  
**rum.** Ut pueriles querimonia facile conquiescunt: Ita le-  
 ues cupiditates subducta materia facile sedantur.

**Morbi** Flosculorum odores per se parū efficaces, admixti  
**causæ.** oleo maiorem uim habent: Ita morborū causæ, si in cor-  
 pus incident, iam humoribus collectis abundans.

**Malum** Qui male affecto corpore, uitæ ratione morbum ac-  
**accersitū.** cersunt, iij quasi coenum commouent.

**Crapula.** Ut nautæ nimium onerantes nauem, deinde in ex-  
**Intēpesti-** haurienda sentina laborant: Ita qui corpus onerant  
**ua uolu-** cibis, ac deinde clysteribus inaniunt.

**ptas.** Qui corpus ægre affectum ad balneas ac uoluptates  
 trahit

trahit: quasi putrē ac lacerā nauē deducit in mare.

Si ebrij commessatores irrūpant in domū luctu funestā, nō solū nihil adferent hilaritatis, sed eiulatū potius excitatū: Ita uoluptates in corpore ægro offendunt Voluptas offendit.

Vt nautæ sereno cœlo nonnihil laxāt ue= (quoq;. la, cum est suspicio tempestatis contrahunt: Ita corpo Valetudinē recte affecto nonnihil permittendum: contra si quidnis cura. timebitur morbi, cautius agendum.

Homines tantum pingues, ac robusti duriq; similes Homo. sunt gymnasiorum columnis, ut dixit Aristo.

Vt nauibus sentinæ plenis onus detrahēdū: Ita cor Corpus poribus agrauatis subducendus cibus ac potus. aggrauatū.

Qui ita corpus exinaniant pharmacis, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxijs: perinde faciunt, as if quis expulsis è ciuitate Græcis, inducat Persas Pharma- aut Scythas.

Vestes quæ nitro similibusq; rebus lauantur, magis Vomitus atterūtur: Ita uomitus pharmacis extorti, magis offensio elicitus.

Vt scelestæ mulieres abortum prouocant, (dunt. ut rursum impleantur ac uoluptuentur: Ita quidam in Abusus medicinæ hoc ipsum corpus euacuant pharmacis et clysteribus, ut denuo liceat ingurgitare.

Qui à præscripta uitæ ratione ne tātulum quidem Superstitione uiuen- audent discedere, iij ostrei uel stipitis potius uitā uiuūt. di.

Vt ferrum crebris immersionibus consumitur: Ita Crebra corpus crebris permutatiōibus uitiatur, hoc est, si nūc mutatio.

*immodicis laboribus intendatur, nunc uoluptatibus li-  
quefiat ac molliatur.*

**Nautæ** à nauigandi labore turpiter conferunt se ad  
uoluptates, rursum à uoluptatibus ad nauigationem  
**Inconstans** redcunt: Ita quidam à delicijs ad labores, à laboribus ad  
tua. delicias summa uitæ inconstantia se uertunt.

**Opes dæ-** *Qui uiro malo addit opes & gloriam, is febricitan-  
tæ malis. tñ ministrat uinum, bilio so mel, cœliactis opsonia, quæ  
morbum animi, hoc est stultitiam augent.*

**Vt qui morbo laborant, cibos purissimos et lauti-  
mos fastidiū & recusant, si quis edere cōpellat, ijdem  
restituti bonæ ualitudini, casco quoq;, aut cepe luben-  
ter uescuntur: Ita stultis magnifica fortuna iniucunda,  
sapientibus etiam humilis ac tenuis fortuna suauis.**

**Voraci-** *Qui cibidunt taxat causa ad conuiuum accedunt,  
tas. quasi uas adducunt implendum.*

**Mistum.** *Qui in eadem uehuntur naui, & in ijsdem militant  
Tolerantiorijs, se se mutuo ferant oportet: Sic qui uersantur  
in republica: at in conuiuijs non idem est necesse, nam  
illuc periculum est commune, hic non item.*

**Quæstio** *Qui rogant quid simus facturi, si non edamus, bis  
superua bamus, & huiusmodi rebus utamur: perinde faciunt,  
cua. quasi Danaides essent sollicitæ quid facturæ sint, si do-  
lium impleatur.*

*Qui è seruitute manumisisti sunt, quæ dominis solent  
facere cum seruirent, ea faciūt sibi ipsiis, suoq; arbitrio  
& prece.*

*Et præsidio: sic nunc anima alit corpus multo labore, Anima: multis curis: postea facta libera, seipsam alet contempla- tione ueri, nec ab ea poterit auelli.*

*Vt corpus est instrumentum animæ: sic anima est Anima instrumentum dei.* instrumentum dei.

*Vt grauiora corporis uitia quæ in uulnus et in tu- mores erūpunt: Ita animi affectus, qui grauibus curis uitia reddūt molestā. ut uitium est ex atomis omnia natū credere: at nō angit animū quēadmodū auaricia.* Affectus.

*Non timet mare qui nō nauigat, nō bellum qui non bellat, nō latrones domi manens, nō calumniatorē paue- per, non inuidiam priuatus, nō terræmotum qui est in do- Galatia, non fulmen qui est in Aethiopia: At supersti- tiosus omnia timet, terram, mare, aërem, cœlum, tene- bras, lumen, strepitum, silentium, somnium.* Dissimile Securitas Sollicitus.

*Serui cum dormiunt, non timent heros, uincti obli- uiscuntur compedium in somno, ulcera, carcinomata, et grauissimi etiam cruciatus conquiescunt: Sola su- perstitio etiam dormientem infestat.* Dissimile Supersticio.

*Tyrannū mutato solo licet effugere: qui deū timet nō est quo fugiat, quandoquidem nusquam nō est deus.* Dissimile Deus ubi que est.

*Licet seruis postulare distractionē et mutare domi- nū: idē nō datur superstitionis, cū oēs deos metuant.* Dissimile Supersticio.

*Si miseri sunt qui duros nacti sunt dominos, quanto tiosus, infeliores, qui dominis seruiunt uitijs, à quibus non possunt auferre.*

**Dissimile** Sunt aræ seruis, sunt statuæ, sunt asyla latronibus,  
Supersti- ad quæ confugiant, & ubi tuto sint: at hic maxime ti-  
tiosus. met superstitionis.

**Trahit** Ut tigrides, si quis tympanis circumsonet, in ra-  
sua quæc biem agi dicuntur, adeo ut seipsas deniq; discerpant:  
uoluptas. Ita quosdam offendit, quod alijs addit animum, puta  
musica, eloquentia &c.

Cum nauta uidet imminere tempestatē, primū qui-  
dem deos inuocat, ut incolumi liceat in portum appelle-  
re, mox contrahit uela, atq; omnia nihil secius parat,  
Fiducia quibus est opus: Ita nos debemus auxilio diuino fidere,  
in deum. sed sic ut nostram quoq; industriam adhibeamus.

Item arator ab Hesiodo iubetur dijs sacrificare, de-  
**Miles**. inde aggredi: & miles primum inuocat opem diuinā,  
deinde armatur.

Ut tremunt, qui ursorum aut draconum lustra ade-  
**Supersti-** unt: sic superstitionis cum tractant diuina, existimantes  
tiosus. deos semper paratos ad nocendum.

**Religio** Qui diuos colūt metu alicuius mali, perinde faciūt  
coacta. ut ij qui tyrānos uenerātur, ne noceāt, quos oderūt ani-

Quidā dū stulte fugiunt latrones aut feras, (mo.  
in auia incidūt & in barathra, aut præcipitia: Sic qui-  
**Incauta** dam superstitionē ita fugiunt, ut incident in impietas  
fuga uitij. tem, cum in medio sit pietas.

**Pueritia.** Ut qui ē uinculis emittuntur, licentius uagantur,  
quām ij qui nunquam fuerunt in uinculis: Sic pueritia  
cum

cum à p̄receptoris gubernatione soluitur.

Qui dimisi à ḡadagogis, suo relinquunt arbitrio. Ratio pertrio, non abiciunt imperium, sed mutant principem, <sup>dagogus</sup> nam propædagogo iam rationi parent. <sup>est.</sup>

Qui in ciuitatem ascripti sunt, & hospites, multa dominant, ac moleste ferunt: at qui in ea à pueris sunt Educatio educati, quiq; assuecerunt, probant: Sic qui philosophiam à pueris imbiberunt.

Vt athletis amphotides adduntur contra plagas: Oratiope Ita pueris focalibus magis est opus aduersus pestilens. stilens.

Vt peius sentiūt de homine, qui dicunt eum esse ira cundū, perniciosum, q; qui negant eū uiuere: Ita minus Impietas, male sentiūt de dijs, qui negāt ullos esse, quām q; dicūt esse morosos, noxios, irritabiles, ut faciūt superstitiosi.

Vt ager si nō colatur, nō solum infrugiferus manet, Exercitiū uerum etiam multa sylvestria producit: Ita adolescēs honestū, rationis capax, nisi p̄ceptis honestis exerceatur, non solum nō euadet bonus, sed ad multa uitia deflectetur.

In ludo sphæræ simul discūt & mittere & excipe= Dissimile re cōmode: at in doctrina prius est bene accipere, quām Ordo stu- mittere, quēadmodū cōcipere prius est, quām parere. dīj.

Vt aues subuentaneos concipiūt fœtus: Sic inutilis Oratio oratio accepta, nec inhærens, sed protinus in auras di= inutilis, sperritur.

Vasa ad excipiendum quod infunditur, accōmodat & in-

**Adtētio.** & inclinant sese: Sic qui discit debet accommodare se, ne quid effluat eorum, quæ utiliter dicuntur.

**Solertia** Vasorum malorum & putrium aures quibuslibet inutilis, implentur potius quam necessarijs: ita quidam stultissima protinus discunt.

**Institutio** Qui equos recte alunt, eos docent parere freno: pueros qui uoleat instituere, primum assuefaciat ut dicti sunt audientes.

**Fastus do** Si quid in utres uelis infundere boni, uentum atque etrinæ im aerem emoueras, oportet. Sic fastum ac tumorem existimans oportet ab animo eius, quem uelis docere.

**Inuidia.** Malus consiliarius omnia deprauat aſſidens: sic inuidia nulla magis damnat q̄ quæ sunt optime dicta.

**Oratio** Ut lumen: ita nec oratio nulli prodest, nisi uolentibus accipere.

Vt œconomicis & amici prosunt & inimici, quem

**Auditor** admodum dixit Xenophon: Sic uigilans auditor & uigilans. cordatus non solum bene dictis, uerum etiam erratis auditorum fit eruditior.

**Aliena ex emplo do** Ut in alienis oculis nosmetipſos conspicimus: Sic in aliena dictione quid nos deceat aut dedeceat, contemcent. plandum est.

**Candidus animus.** Ut ad sacrum epulū, sic ad auditionem oportet placidum ac bene uolū accedere, ut bene dicta probes canas: aut si parum recte dicat, tacitus notes quam obrem errauerit, & animi conatum certe probes.

Facile

Facile est demoliri, quod alias extruxit: at difficilissimum, idem aut melius aliquid extruere: ita aliorum ora sita. Reprehensionem reprehendere in proclivi est, at eodem modo melius dicere, non est perinde facile.

Ut multa belli inania, iuxta proverbiū: Ita et auditio inanis. Ita et audītōrē, putā supercilium, acclamatio, strepitus, & id genus alia.

Quē ad modum in ijs, quē ad tibiam canuntur, multa fallunt ac suffugiunt auditorem errata: ita in oratione phalerata, multa inepte dicta fallunt auditorem ob phaleras, & fucos orationis.

Qui coronas necunt, bellissima querunt, non utilissima: At apes etiam amarissimo thymo insidunt, atq; inde mellificum colligunt: ic oportet auditorem non flocculos orationis, uoluptatis causa sectari, sed uim sententiārum, & utilitatem.

Non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quo ad spectaculum, puta ut tantum delectemur, sed ut meliores efficiamur.

Non conuenit, ut in torstria surgens, ad speculum contempleris te ipsum, num recte sis curatus: Ab oratione discedens, non expendas, num melior sis factus, aut deterior ex auditione.

Vt balnei nō purgātis: ita nec sermōis ulla est utilitas.

Non sic ad audiendum est accedendum, ut uelis inangi & oblini fucis, quo nitidior fias, sed gratiam habes

**E**menda. *beas, si uelut alueare acri fumo, sic ipse mordaci sermōe  
tio morū. purgeris animo, q̄ cœcutiētiae et lippitudinis est plenus.*

**Q**ui bibunt, ubi iā desierint sitire, tū poculi sculptu  
**I**udicium rā contemplantur: *Sic in oratione, primum animaduer  
orationis tendū, quām salutare sit quod dicitur, deinde si uacat,  
prudens. quid sit elegans aut nitidum, considerare licet.*

**N**on pri-  
mū orna-  
**cit, ac si quis nolit antidotū bibere, nisi uae sit adductū  
tus oratio ex Atticæ Veneris figulina: nec in hyeme uestem in-  
nis spe duere, nisi quæ lanam habeat ouium Atticarum.**

**E**tandus. *Vt qui ad conuiuum accessit, utitur appositis, nec  
Adtentio aliud requirit: ita discentem tacite audire oportet, do-  
nec qui dicit, perorarit, tum si lubeat, utilem aliquam  
questiunculam proponere.*

**F**riuola panis frustula peteret, non enses, neq; lebetes: ita ma-  
obiectio gis ridendi sunt, qui differenti minutulas ac friuolas  
questiunculas obijciunt.

**O**dīū ex utriusq; usu sese priuat: *Sic qui dicentem alienis ac fri-  
cauillis uolis questiunculis perturbant, non solum nullum ca-  
prouenit. piunt fructum ex his que dicuntur, uerum etiam mali  
uiri opinionem, atq; odium lucrificiunt.*

**I**nscitia. *Vt morbus non cælandus est, sed in publicum effe-  
rendus, quo sanari possit, ut dixit Heraclitus: sic insci-  
tia non est tegenda.*

*Vt tra*

Vt tragœdi in theatris : Ita philosophus in scholis Philoso-  
phus.  
st audiendus, nempe ad finem usq;. Dissimile  
Ibi detrahit: At non idem fit in laude, & tamen hoc Laus.

Qui pecuniam dat, quantum impartiit alijs, tantum  
imaginantur maligni quidam, parcius impartientes  
laudem, quam pecuniam.

Vt qui maligne dant alijs, uidentur ipsi parum ha- Philautia  
bere: ita qui parce & maligne laudant alios, uidentur  
adhuc suas esurire ac sitire laudes.

Iudex in causa nihil tribuēs amori, tantū rē perpen- Error phi-  
dit, ac secundū eā pronunciat: At in audiēdis philoso- losophi  
phis, multis lapsibus cādide fauendū est. Vnde ueteres ueniā me  
iuxta Mercurij statuā, Gratiarū itē ponere soliti sunt. retur.

Vt iuxta uias asperas ac salebrofas uiolæ flosculic; Oratio in  
nōnunquā occurrit: Ita in oratiōe infacūda nonnunq; facunda  
& sentētiæ & figuræ incidūt dignæ quæ laudentur.

Vt hædera undeuis ex se inuenit, quo se alliget: Ita Amor.  
amor etiam ijs capitur, quæ non amantem offendunt.

Vt amantes cādide interpretantur uitia quædam:  
Ita debent & auditores dicentium. Auditor

Bonus conuiua nō existimat hoc tantū suarum esse  
partium, ut suauiter accipiatur, cura sumptuq; alieno:  
sed debet commodum uiciſſim exhibere conuiuam: Sic Fauor au-  
ditor non tantum audit oculos, dicente sollicito: sed dientis,  
uultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentē.

Vt in ludo ſphæræ alterius est cōmode mittere, al-  
terius

**Audiendi officium.** terius scite excipere: Sic in audiēdo cōuenit utrūq; suo fungi officio, tum eū qui differit, tum eū qui auscultat.

**Inepta laus.** Qui castam ac philosophicam orationem meretriciis ac sophisticis laudibus prosequuntur: perinde faciunt atq; ij, qui athletam lilijs aut rosis coronent: nō lauro aut oleastro.

**Honos.** Ut non quaevis corona quaevis decet uictorē: Ita nō quaevis laus aut quiuis honos quēcunq; hominem.

**Intemperie etiua eloquentia.** Ut ridiculus sit cantor, qui rem grauem Lydijs esse stiuat modis: Ita ridiculus qui de dijs, aut recte uiuendo querentia, uerba faciens, rhetorica lasciuia latrunculis.

**Admonitione placide ferenda.** Non quemadmodum parasitus conuicio taſtus ab hijs, à quibus alitur, ridet, ac nihil cōmouetur: Ita à philosopho reprehensus, debet esse affectus, sed nec offendit oportet, nec impudenter negligere.

**Licentia peccandi.** Ut caro quae callo obduruit, non accipit uibices plagarum: Ita animus assuetudine peccandi non commovetur correptione licet acri.

**Impatiens animus.** Qui correptus statim fugit exosus admonitorem: perinde facit, ac si sectus à medico continuo offensus aufugiat, non expectans ut obligetur, & oblinatur uulnus ac mitigetur. Nam is quod dolet iam passus, quod confert, non uult experiri.

**Mitigata obiurgatio.** Ut Telephi uulnus eadem hasta sanatum est, que uulnus inflixerat: ita uulnus obiurgationis ab eodem sanabitur qui fecit.

ut qui

Vt qui sacris initiantur, perférunt primos illos in- Obiurga  
fultus, s̄pē secuturæ dulcedinis, ac lucis: idem faciendū tio tolerā  
ijs, qui à philosopho obiurgantur.

Vt priusquam assueuimus, multa nos offendunt in  
homine, quæ postea assuetis sunt etiam iucundæ: Sic in li Tædia u-  
teris, in philosophia, primi illa tædia toleranda sunt, sus tollit.  
donec usu fiant facilia iucundiq;

Vt uasa angusto ore difficultius recipiunt, sed reti- Ingeniū.  
nent certius liquorem: Ita ingenia quæ tardius perci-  
piunt, ferè meminerunt tenacius.

Vt pulli inuolucres semper hiâtes pēdēt de ore alie Stupidus  
no: Sic quidā molesti sunt docēti, quod necessarium sit  
eis omnia māsa in os inserere, nihilq; tradāt. ipsi sibi.

Vt quidam crebris diuerticulis uiam breuem red- Interpel-  
lunt longam: Sic nonnulli docentem crebris questio- latio.  
culis nihil ad rem pertinentibus interpellantes, perpe-  
tuam interrumpunt doctrinam.

Quemadmodum ignavi, cibiq; audi canes, domi se Præposte  
rārum pelles mordent, ac uillos uellunt, feras ipsas in ue rū studiū.  
natu non attingunt: Sic quidam præpostere studiosi, de  
nugis agunt, caput discipline non attingunt.

Non ut uasa, itidem ingenia desiderant repletionē: Dissimile  
sed satis est accensio, uelut incitamentum in materia, Ingenia  
quouis inueniendi, et cupiditas ueritatis incitetur. calcari-  
bus indi-

Veluti si quis ignem petat à uicino, deinde illic lu- gent.  
culento reperto foco desideat, maneatq; : Ita quidam

E semper

**Ignauia.** semper absident præceptoris, nec accendunt ingenium suum, ut domi suo fruantur igni.

**Mixta philosophia.** Quemadmodum iuxta Philoxenū, suauissimæ sunt carnes, quæ non sunt carnes: & iucundissimi pisces, qui non sunt pisces: Ita maxime delectat admixta philosophiae poësis, ex poësi admixta philosophia.

**Lectio salubritatem:** Sic in audiendis & legendis autoribus.

**Auditus.** Frustra clauduntur portæ ciuitatis, si una relinquantur aperta, per quam hostes irrumpant: Ita non satis est in cæteris temperatum esse, si auditus pateat perniciosis sermonibus.

**Audita regiam:** Ita cautius seruādus auditus, quod maxime sit maxime cū rationali animi parte coniunctus, & quod per eam nocēt aut admittitur, maxime potest uel iuuare uel lēdere. prosunt.

**Delectus.** Quidam amethystum adhibent in compotationibus aduersus ebrietatem. Multo magis in audiendis poëtis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiant animum.

**Poeta.** Ut in his locis ubi multæ nascuntur herbæ ad remedium efficaces, in iisdem multæ nascuntur letales: Sic in poëtis multa præclara, multa pestifera.

**Poetæ** Ut Simōides dixit, stupidiores esse Thessalos, quām corrūpūt ut à se decipi possent: Ita qui fœliciore sunt ingenio, ciingenia, tius à poëtis corrumpuntur.

**Quēadmodum Vlysses auribus cæra obturatis,** Si renum

renum periculum præter nauigauit: ita nos si quid inci Fœda pre-  
dit blande fœdum in autoribus, præteruehi oportebit. tereunda.

Si multi inebridentur uino, non ob id incidendæ ui= Abusus  
tes, ita ut fecit Lycurgus, sed propius admouendi fon= non tollit  
tes: Ita si multi abutuntur poëticæ, non protinus abiici usum.  
enda, sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris.

Vt mandragora iuxta uites nascens, uinum reddit Poeta phi-  
lenius: ita philosophiæ ratio admota poëticæ, modera Iosophus.  
tiorem efficit eius cognitionem.

Quemadmodū in picturis plus mouet color quam  
lineæ, propterea quod propius hominis formam repræ-  
sentet ille, magisq; fallat: Ita mendacium admixta ue= Menda-  
ris similitudine, magis allicit mouetq; quam simplex o= cium.  
ratio, quæ nihil habeat fuci.

Non ut inuenire licet sacra sine tibijs & choro: Ita Dissimile  
poesim absq; mendacio licet inuenire. Poefis.

Venenum admixtum cibis, pestilens sententia ad= Sententia  
mixta rebus utilibus ac iucundis. pestilens.

Vt scelis animantibus scite effictis delectamur: Ita Poesis re-  
in poesi, quia est rerum adumbratio, etiam mala recte rum ad-  
efficta delectant. umbra.

Vt in paricidio, aut incestu depicto, arte modo lau= tio.  
damus eius qui pinxit, rem ipsam detestamur: Itidem Imitatio  
in poetis elocutionem imitabimur, rem execrabimur. poetarū.

Quædam per se non pulchra, quibusdā obid bona Decorū.  
sunt, quod apta: Ita laudantur in poëtis quædam quod

congruunt personæ, tametsi alioqui fœda. Demonides claudus precabatur, ut crepide, quas furto amiserat

**Iocus.** quadrarent ad pedes eius qui sustulisset.

Vt periculum sit, si omnes in idem inclinent latus nauis, sed alijs aliò inflectentibus, nauis optime libratur, Sic seditio & dissensio inter rhetores tutiorem reddit statum ciuitatis. Item dissensio poëtarum inter se fit, ut minus inficiant opinionem lectoris.

**Poesis &  
bona &  
mala con-  
tinet.**

Quemadmodum medici cantharidis, que letale uenenum est, pedibus tamen & alis ad remedium utuntur, Ita licet ex eadem poësi decerpere, quo medearis illius ueneno. Nam semper aliquid admiscerent, quo significant se damnare quod narrant.

**Imitatio  
inepta.** Qui omnia student exprimere, multa prava imitantur imprudentes, quemadmodum Aristotelis balbutie, & Platonis incuruos humeros familiares exprimebat.

**Dissimile** Non quemadmodum omnia religiose metuimus, ac Iudicium reueremur in sacris, Ita oportet in autoribus omnia uenerari, sed audacter adhibito iudicio probare quedam, quædam improbare.

**Diffimile** Non sic est parendum poëtis aut philosophis, quædam modū pueri obtemperat paedagogis, sed quemadmodū Cato puer parebat quidem paedagogo iubenti, sed rogabat quam ob causam id iuberet, Ita fides habenda autoribus, si causam idoneam reddiderint.

Quemadmodum in uite luxuriantibus, folijs ac palmitibus

mitibus saepe fructus occultantur, Ita in poematibus, fī Fabula: guris ac fabulis luxuriantibus, multa cognitu utilia fal lunt adolescentem.

Quemadmodum in eisdem pascuis apis florem se quitur, capra fruticem, sus radicem, quadrupedia frustum, Sic in poëtis aliud aliud querit, hic historiam, ille Poetarū sermonis ornamenta, ille probationes, ille præcepta uarius usus.

Vt equis non in ipso cursu frenum injicimus, sed an Admoni- tecursum: Sic qui propensi sunt ad iram aut libidinem, tio. ante rationibus ac monitis refrenandi sunt, prius quam in periculum uentum sit.

Vt apis ex amariſsimis floribus, & asperimis spis Fabularū mel suauissimum ac lenissimum colligit: Sic ex tur- bus ac sceleratis fabulis utcunq; decerpit potest aliquid utilitatis.

Vt freno circuagitur equus, ut clavo nauis: Ita ora Oratio. tione ducuntur homines.

Quemadmodum medici pharmacū, ad unicū mor- Imitatio. bum repertum, ad omnes similes ac finitos accōmo- dant: Ita cōuenit autorum dicta ad uarios usus accom modare.

Vt qui uestes flagellant, corpus non attingunt: sic Pauper- qui generis uitium aut paupertatem exprobrant, nō pro ras expro prietan gunt ipsum hominē, sed externa calūniantur.

Vt qui subito ē summis tenebris in lucem educitur,

**Prælectio** magnopere perturbatur, nisi paulatim lumini assues  
poetarū, uerit: Sic in poetis prælegēdis, philosophorū opiniōes  
inspergenda in animos puerorum, ne postea ad tam di  
uersas doctrinæ rationes perturbentur.

**Frustra** suber appenditur retibus ut natent, si plum  
**Malicia.** bum annexum deorsum trahat, ex in æquo teneat: Ita  
frustra præceptis bene uiuendi instituimur, si malitia  
addita non sinit è stultitia emergere.

**Stultus**      *Vt in curatione non sentitur morbi leuamē, nisi syn-*  
philoso-*cerus habitus inducatur: Sic in philosophia non profi-*  
phiam nō*citur, nisi paulatim aliquid decedat de stultitia, donec*  
assequi-*in aliud mentis habitum proficiat.*

**tur.**      *Non ut Cæneus subito è muliere factus est uir optan-*  
**Diffimile** *do tantum: Sic repete ex improbo uiro, probus euadil*  
**Mutatio** *quispiā, ut qui cubitum abiit stultus, surgat sapiens.*  
**morum.**

**Vitæ in-**      *Vt ad lineam applicandus est lapis, non ad lapiden*  
**stitutio-** *linea: sic uita ad philosophorū decreta corrigenda est*  
*non ea sunt ad mores nostros trahenda.*

**Stultitia**      *Vt paulatim umbra remissa sentimus nos magis eſſ-*  
**cædens sa-** *in lumine: Ita sensim imminuta stultitia, in sapientia*  
**cientiam** *proficimur.*  
**admittit.**

**Perseue-**      *Vt qui in immenso nauigant mari, ex ipſa uentorum ui cursusq; tempore coiſciunt se pro-*  
**rantia.** *mouisse, etiam si nondum appareat portus, nusquam tam*  
*men consistunt, donec portum attigerint: Ita non con-*  
*quiescendum in philosophia, donec ad perfectum illum*

*Vt qui*

Vt qui paulum addit paulo, idq; frequenter facit, Adsidui-  
ingentem aceruum accumulat: Ita assiduitas ad bonam tas-  
mentem parandam plurimum ualeat.

Qui subinde subsistit in uia, minus proficit: At in Dissimile  
philosophia etiam relabimur in malitiā, intermissio ad Remissio  
honestā cursu, ceu nauis retroacta æstu.

Planete iuxta mathematicos cum desinunt procedere figuntur: At in philosophia subsistere nō licet, sed Mora.  
Assidue est progrediendum.

Vt statera nō potest cōsistere, sed aut in hanc aut in Relapsus  
illam uergit partē: Sic in philosophia, qui non proficit in uitia.  
ad bonam mentem, is reuoluitur ad malam mentem.

In bello nunquam remittendæ sunt excubiæ: Ita sem Bellū cū  
per aduersum uitia nobis dimicandum. uitijis.

Vt culmus primū in altū surgit impetu, deinde crebris geniculis intersecatur, postremo in summo ueti flabitibus laborat: Sic quidam initio feruēt, deinde subinde subsistūt & offendūt, in extremo deficiūt defatigati.

Vt qui leuiter amant, gaudent quidem amico præsente, absens facile obliuiscuntur: at qui penitus amāt, non sinunt abesse quod amant: Sic quidam facile auocantur à studio philosophiae negotijs, at qui uere amāt, philosomniū præ illa obliuiscuntur, nihilq; illis sine illa dulce philiæ.

Non quemadmodū unguentis cū adesse potest. Dissimile  
sunt delectamur, cum non adsunt non discruciamur:  
Ita oportet erga philosophiam esse affectum.

**Liberani** Ut qui uehementer esurit aut sitit, nulla re potest  
mus. auelli, donec sedauerit appetentiam: Sic omnia post ha-  
benda sitienti sapientiam.

**Philoso- phiae usus incogni- tus.** Quemadmodum graue est nauim ingressis, cum ter-  
ra discedit quam agnoscunt, & nondū apparet ad quā  
nauigant: Sic philosophantibus initio molestum à con-  
tus. suetis discedere commodis, cum nōdum uideant ad quā  
sælicitatem philosophia sit perductura.

**Dispar co- natus.** In philosophia studio ceu per metamorphosin quan-  
dam, quidam uelut aues facti conferunt ad contempla-  
tionem naturae, quidam ceu catellæ ad rixas & morsus  
sophismatum & quæstiuncularum.

**Abusus philo- phiæ.** Quemadmodum Anacharsis dixit, Athenienses ad  
nihil aliud uti nūmis, nisi ad numerandum: Ita quidam  
utuntur philosophiae præceptis tantū ut ostentent.

**Poetarū lectio.** Ut epicula ex flosculis succum mellis colligit, cum  
alijs nō delectetur nisi colore & odore: Sic philosophiae  
studiosus & ex poëtis inuenit, quod ad bene uiuendum  
conducat, cum alijs tantū uoluptate deliniantur.

**Ineptum studium.** Qui in Platone & Demosthene nihil querunt nisi  
puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt, quam ijs,  
qui in pharmacis nihil amant nisi fragrantiam & ni-  
torem, uim purgandi seruandiq; negligunt?

**Ostenta- tio.** Ut non medentur qui uendunt pharmaca: Ita non  
sunt philosophi, qui quicquid è philosophia sumpsea-  
rint, id transferunt ad ostentationem.

Vt aui-

Vt avis quicquid pabuli nacta est, in pullos transfert protinus, ipsi nihil melius est: Ita quidā ideo dicitur Doctor scunt, ut statim doceant, ipsi nihil meliores euadunt. ineptus.

Vt uerus amer erga mulierem nō desiderat testem, sed sat habet si clā ea potiatur: Ita vir sapiēs recti con-scientia cōtentus. At qui fīcile amāt, ostētant & iactāt.

Vt agricolae lubentius uidēt spīcas inclinatas quam eretas in altum: nam illas onustas fructū intelligunt, bas inane: Sic adolescentes priusquam profecerunt in philosophia, timent: ubi doctrinæ fructū percepsio animi-rit, submittunt se:se.

Vt è uasis cum expletur liquore, aēr expellitur: Sic qui profecerunt in philosophia, uers impletur bo-Effectus nis, ac minus iam gloriantur barba & pallio, minusq; philo-ſeueri sunt in alios, in ſeipſos duriores. phia:.

Vt initiantur homines clamore ac tumultu, deinde cū ſacra ſiūt, taciti ac uenerabūdi auſcultāt: Ita initia philo-philosophiæ tumuli uofa ſunt, tranquilla mysteria. phia ini-tia.

Vt in tempeſtate apparetibus geminis, nauigare in ſpēm Lux ueritatis eriguntur: Ita poſt primā illam in philosophia deſpera-tatis. tionē, lux ueritatis oborta diſcutit eā diſſidentiam.

Menedemus aiebat multos nauigare Athenas, qui Fastus nō primum eſſent ſapiētes, deinde fieri philosophos, id est, cadit in ſapiențiae ſtudioſos, deinde rhetores, poſtremo idiotas: ſapiētemus Sic in philosophia quo magis profeceris, hoc minus tur-gebis fastu.

**Admonitio con tempta.** Qui dentibus laborant, protinus medicum adeunt, malum exponunt; qui febre tenetur, accersunt: at phreneticus, nec accersit, nec admittit, ob morbi uehemen- tiam. Ita qui uitia sua cœlant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes est.

**Euitanda malitia.** Ut qui laborant, non affectant haberi ulcerosi, sed magis fugiunt esse quām uideri: Ita non est affectandum, ut uidearis malus, sed magis abominandum ne sis talis, quām ne uidearis.

**Diogenes** uidens adolescentulum quendam in popina, ei pudore intro fugienti, quo interius, inquit, fugearis, hoc magis cris in popina: Ita uitiosi quo magis Vitiorū abdunt sese intra seipso, hoc magis sunt id quod sunt, fuga. Foras prodeant oportet, si cupiunt effugere seipso.

**Dissimilata uitia.** Ut qui egent, hoc magis ac molestius egent, quo magis dissimulant regestatem, sic qui uitiosi sunt, ac dissimilata uitia, mulant ob fastum et arrogantiam, peiores sunt.

**Adfectus domiti.** Ut equi iam mansuefacti, etiam si auriga nō utatur habenis, tamen suapte sponte rectam pergunt ire uiam. Sic affectus à ratione iam pridem domiti et assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopita ratione, quicquam tentant turpe.

**Adsuefactio.** Ut corpus assuefit, ne cōniveant aut lachrymentur oculi, ne palpitet cor: Ita multo magis animus ne phantasia commoueat.

**Quemadmodum cū morbus in corporis parteis non suscitatur.**

*suas transfertur, signum est morbi parantis abire. Sic Sanitatis cum offendimur, quibus consueuimus delectari, indicium. cium est futuræ sanitatis.*

*Vt non est uerus amor, qui caret zelotypia: Ita non Aemula- amat uehementer uirtutem, nisi qui ardet emulacione tio bona. recte factorum ab alijs.*

*Vt acer equus suapte sponte facile currit: Ita qui ar Amotur det amore uirtutis, non eget ad monitore.*

*Vt amanti omnia placet in amato: Sic in eo, in quo Imitatio uirtutem amamus, etiam gestum, incessum, & aspectum honorū. imitari gaudemus.*

*Vt qui uere amant etiam balbutiem ac pallorē ada Admira- mant in amatis: Sic admirator uirtutis, non horret Ari tor uirtu- stidis exilium, nec Socratis paupertatem, nec Phocio- tis. nis condemnationem.*

*Vt qui se comunt, adhibent speculum: Sic gesturus Exempla negocium, proponit sibi laudatorum uirorum ex= docent. empla.*

*Olim ediscabant nomina digitorū, ijsq; aduersus ter Exemplū rores ueluti remedio utebātur, singulis lente recitatis, Sic aduersus omnes animi perturbatiōes, exēpla quæ= dam optimorum uirorum habenda sunt in promptu.*

*Vt qui desperat se fore diuitem, largius impedit. at qui iam spe uicinus est opulento, is nec pusillum con- temnit lucellum, & minimis parcit: Ita qui confidit se fore bonū uirum, & minima uitia studet corrigere, ex Corre- nihil ctio ui- torum.*

nihil negligit, quod aliquo modo conducat ad bonam mentem.

**Vir bonus.** Qui sepem aut aggerē cōstruunt quævis congerūt, lignū, saxū, aut columnā à sepulchro delapsam. At qui regiam ædificat, nihil temere componit: Sic vir bonus nullam uitæ partem negligit incompositam.

**Dissimile Respuplica alit inuidiam.** Licet inuenire regionē, ubi uenena non sint, quæad modum affirmant de Creta: At non licet inuenire rem publicam, quæ non alat inuidiam, contentionemq;.

**Commoda ex inimicis.** Ut priscis satis erat si à feris non læderentur, postea riores etiam in suum commodum uertere cœperunt, pellibus uestiri, carnibus uesti, felle mederi: Sic nobis aegendum est, ut ab inimicis non solum non lædamur uerum etiam adiuuemur.

**Abusus odio.** Non potest quævis arbor mitescere, neq; quælibet sera cicurari, proinde hæc quoq; quæ possunt in suū uertunt usum: Sic qui ad amicitiam adduci nō possunt, horum odio ad nostrum commodum abutemur.

**Cōmoda excerpēda.** Aqua maris inutilis potui, sed alit pisces, seruit nautigantibus: Sic in unaquaq; re quod inest commoditas, excerpendum est.

**Vsus rerum.** Prometheus, Satyrum cum primum uidens ignem uellet amplecti, admonuit eū exurere cōtingentē, at oculis præbere lumen, calfacit inquiens, & seruit artibus. Sic eadem res, ut utaris, ita pernicioſa est, aut utilis.

**E corporis morbo quidam hoc excerpūt commodi, quod**

quod uacat negotijs quibus distingebantur, et quos infelici-  
dam labores obiecti reddidere ualidos : Sic quibusdam tas causa  
exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philo uirtutis.  
phandi.

Quoadmodum qui stomacho ualent, et animantia  
sanissima, saxa, ferrū, serpētes, et scorpions cōcoquunt,  
eaq; in nutrimentū uerūt : cōtra ualetudinarij, etiam  
pane et uino offenduntur : Sic stulti et amicitias per Stultus.  
dunt, sapientes etiam inimicitijs re. te norunt uti.

Lynceus per querum uidet, inimicus etiam per fa Inimicus.  
mulum, per amicum perspicit, quid agas.

vt uultures ad extincta corpora odore ferūtur sa-  
nanō sentiūt : Sic inimicus, si qd deliqueris, statim olfa Inimici  
cit, atq; eō cōfestim accurrit, ad recte facta stupidus. cōmoda.

Vt hostis semper imminens muris, in causa est ut ui-  
gilet, ac sobria sit ciuitas : Sic inimicus obseruans quid  
agas, facit ut nihil agas, dicās ue temere.

Dionysiaci saepe negligentē inter se canunt in thea-  
tris, uerum cum certatur, tum multo diligentius agunt  
omnia : Sic accuratius gerit rem, qui scit uitam suam ab Cura.  
aduersario obseruari.

Absurdum existimat obprobrire cuiquam corporis Stulta re-  
uitium, à quo non sis ipse immunis : At multo magis ri= prehēsio.  
diculum, animi uitium in alterum coniūcere, quod in  
te recidat.

Quoadmodum Telephus, quoniam carebat amico,  
coactus

Inimicus coactus est ab hoste petere remedium ac medelam uul-  
carpit ui- neris: Ita qui non habent liberos amicos, à quibus ad-  
tia moneantur, sè penumero ab inimicis audiūt sua uitia.

Item ut Telephus non respexit hostem, cuius erat  
hasta sed salutem quam adferebat: Ita non oportet of-  
Conuiciū fendi inimici conuicio, sed si uerum admonet, uerten-  
dum est ad uitæ correctionem.

Vt ille Thessalum Prometheū uolens occidere, gla-  
dio dissecut tuber, ac sanauit: Ita sè penumero conui-  
cium per iracundiam dictum ab inimico, uitium animi  
uel ignotum nobis, uel neglectum sanat.

Vt qui luctantur, non abstergunt suum puluerem,  
Appeti- sed se mutuo contaminant, ut mutuo cadant: Sic qui-  
tus uin- dam accepto conuicio, non id purgant, sed obseruant  
dictæ. quid uiciissim in illos possit torqueri.

Vt si uel inimicus ostendat lutum adhærens uesti-  
Corrigen non reiçis in illum, sed abstergis: Ita si quis ostendat  
da uitia. maculam uitæ, non regerendum est conuicium, sed ab-  
stergenda labes.

Vt inueterata cōsuetudo etiam si lædat, tamē haud  
Simultas facile propellitur: Ita simultas inuidiā, zelotypia mali  
memoriam in animo relinquit.

Quemadmodum à feris exorsi, didicimus & homi-  
Consueta nes iugulare: Sic assueti inimicis male facere (quod iu-  
difficulter stum existimatur) nisi cauemus, discimus paulatim, &  
relinqui- tur. erga quosuis eadem facere.

Vt non est Corydalis absq; crista: Ita non est inge= Ingenitum  
nium absq; inuidia innata.

Vt cupimus cloacas quām longissime ab ædibus no  
stris abesse: Ita in inimicos uitiorum purgamenta reij= Vindicta  
cere profuerit.

Vt Onomademus noluit omneis tolli, qui diuersa Comitas  
rum fuissent partium, ne sublatis inimicis omnibus,  
cum amicis, inquit, incipiamus digladiari: Ita consum  
ptis in hostes huiusmodi affectibus, magis comes sumus  
erga amicos.

Vt agricultore iuxta allia, ex cepas, serunt rosas, quod  
quicquid est in illis molesti odoris, in hæc transeat: Sic Inimicus  
inimicus si quid est in nobis mali animi, id totum in se prodest.  
Recipiens, ac cōsumens, reddit nos amicis iucundiores.

Perinde ac si mutilus, ac cæcus metuat, ne Briareus Superua  
fiat centimanus, aut Argus centoculus: Ita quidam me cuus me  
tuunt, ne plurimum sint amici, cum nec unum adhuc ue  
rum habeant amicum.

Vt mulier impudica, cum multis se commiscens, πολυφιλία.  
nullum certum habet amatorem: Ita qui multorum ap  
petit amicitiam.

Vt puella in pratis alium post alium flosculum de  
cerpens, semper nouis arridentibus capitur, priores ne  
gligit: Sic qui multas instituit amicitias, ac mox satura Satietas  
ius alias quærit.

Vt fluuius in multos diductus riuos, fluit tenuis ac lä  
guidus

**Beneuo-** guidus: sic benevolentia in multos distracta languet  
**lentia.** scit, & evanescit.

**Vt animantia que unicū pariū fœtum, uehemētiū**  
**Beneuo-** amant, Sic erga unū ardentior est benevolentia.

**Ientia er** Quemadmodum muscae in popinis non manent, si  
 ga unū. desit nidor: Ita uulgares diuitum amici nō perseverat  
**Amici di** si non adsit utilitas.

**Amicus** Veluti qui nummum adulterinū: Ita qui amicū ha-  
 nō explo- bet non exploratum, ubi senserit improbum esse, cū pr-  
 ratus. uatur eo, gaudet: cum habet, optat effugere.

**Amicus** Vt malum cibum nec retinere possis citra noxam  
**malus.** nec reijcere sine molestia: Ita malum amicū, si tenes  
 lēdit, nec tamen absq; inimicitia, ac tumultu uelutib-  
 lem potes abiijcere.

**Delectus** Vt rubo, spinisq; complectentibus nos discubis, au-  
 amicorū. uitē aut oleam tendimus: Ita nō quemuis obuium opor-  
 tet in amicitiā admittere, sed ad idoneos, reiectis alijs,  
 eundum est.

**Exploran** Vt Zeuxis lēte pingebat, quod diu duraret: Ita diu  
 dus ami- explorandus amicus, qui sit perpetuus futurus.  
**cus.**

Vt diligenter compingitur nauis, que sit in tempe-  
 statibus præsidio futura, ex agger uarijs casibus oppo-  
 situs: Ita diligēter probādus amicus, quo sis usurus ad  
 omnia.

**Amicitia** Quemadmodum lac coagulo concrescit: sic homi-  
 nes compinguntur, & unum fiunt amicitia.

**Vt alij**

Vt alijs uenti secundi sunt, alijs aduersi: Ita alijs for Fortuna una fauet, alijs aduersatur.

Vt Briareus centum manibus quinquaginta pascēs ventres, nihil fœlicior erat nobis, qui duabus unum Paucitas administramus: Sic tantum dem commoditatis capies ē amicorū. paucorum amicitia, quantum ē multorum: pensatur enim incommodum, si pauci inferuiunt, paucis est inferuendum.

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam complexus Verus amicu- unā cum illa perijt incendio, Sic quidam fœlicibus amici- nis non fruuntur, cum infœlicibus percunt.

Vt bruta si ui commisceantur diuerso generi, disce Similes sa- dunt indignitia, & grauiter ferentia: Sic inter similes copul- les placide coit, & cohæret amicitia. lantur.

Musica symphonia constat ē diuersis, puta graui- Amicitia bus & acutis inter se ratione compositis: at amicitia constat similibus.

Non ut Polypus se quibusuis locis: ita nos debemus Dissimile Cōstātia. nos quorumlibet moribus accommodare.

Polypus superficiem, & colorem duntaxat mutat: Dissimile At amicus uere similis esse debet amicis, & mori- Amicus. bus, & affectibus, & studijs.

Non ut Proteus prestig ijs sese in omnes uertebat Dissimile formas, nec ullam habebat certam ac propriam: Sic o- Praua i- portet nullo certo uite instituto, cum studio loquere, mitatio, cum palæstrico collectari, cum uenandi studiosis uena

ri, cum biboſis ſimul inebrari, cum ambicioſo ambire magiſtratum.

**Vitæ in ſtitutum.** Ut qui propriam domū nō habet, per multas domos ſtitutum. uagatur: Ita qui certum uitæ iſtitutum non ſequitur, nunc in horum, nunc in illorum mores tranſit.

**moꝝ uogatiaꝝ.** Ut prima materia quibuslibet formis uariatur, cum propriam non habeat: Ita animus multorum amicitiæ ſubiectus.

**Mores principis.** Erugium herbam ſi uni capræ in os iſferas, cum principis. ipſa ſiſtitur, tum omnes conſiſtunt, donec paſtor herbam eximat: Ita principis mores mira ui in populum tranſfunduntur.

Ut Ixion iunionem persequēs, in nubem incidit: Sie multi in ſucatam, et uulgare amicitiā incurruunt.

**Fucata a. micitia.** Ut lumen magis prodeſt ijs qui uident, quam qui uidetur: Sic gloria magis conſert ijs qui eam ſentient, quam quibus contingit.

**Corrupte in unum calicem,** ſed in fontem unde bibunt omnes, in la principi. iſcit: Sic magis peccant, qui principis corrumpunt in genium, quam qui priuati hominis.

**Præce.** Ut ſacrificijs honorem habet ciuitas, quod commu- ptor prin ne omnium bonum à dijs petant: ita multo magis ho- cipis. norandus principis præceptor bonus, qui talem fingit, ut omnibus ſit utilis futurus.

Ut artifex lubentius faciat lyrā, qua ſciat Amphio- nis arti-

nis arte Thebanorum urbem condendam, quam eam  
qua Thales Lacedæmoniorum seditionem composuit: Philoso-  
phus lubentius formabit ingenium principis Phus.  
orbi profuturum.

Vt mendū quod induruit ac diutius inhæsit, diffici-  
let tollitur: ita uitia inueterata nō facile corrigūtur.

Vt liber post lituras iterum infectus non facile ema Vitium.  
culatur, quod altius imbibiter atramētum: Ita animus  
sepe in eadem relapsus uitia.

Veluti si quis cæcus in quēpiam incidat, illum cæcū Fortuna  
appellet, qui non uitauerit: Sic nos fortunā facimus cæcā.  
cam, in quam nostrapte incidimus cæcitate.

Vt quemadmodum si sol non sit, per reliqua astra Ratio.  
noctem ageremus: Ita quantum ad reliquos attinet sen-  
sus, nihil differemus à brutis, nisi ratio adsit.

Vt pictor ille spumā eq̄ti, quā arte nequibat expri-  
mere, impacta in os equi spongia uarijs imbuta colori Casus:  
casu expressit: Sic quædam casus conficit, que pro-  
videntia, curaq; nostra non possunt effici.

Vt non debet sumere citharam, qui canendi sit im- Imperiū.  
peritus: Ita non debet imperium sumere, qui nō sit pru-  
dentia præditus.

Vt medici in uehemēti fluxu pituitæ, nō statim suc-  
currūt pharmacis, sed foris admouēt, qd' tempore cōco  
quat humorē, ac tū medentur: Ita in recēti dolore tacē- Consola-  
tio.  
donec tēpore mitior admittat consolationem.

**Conten-**  
**tus suo.** Ut in *Democratia*, cui forte cōtigit imperium, eum  
oportet imperare, cui non contigit, eum oportet aequo  
animo ferre: Sic in uita hominum quod sors dederit, be-  
ni consulendum est.

Ut terrae foetus aliquando copiose proueniunt, ali-  
quando maligne. Et in animantibus aliquando foetura  
fœlix, aliquando sterilitas est. Et in mari aliquando

**Vita.** tempestas, aliquando tranquillitas: Sic in uita uarij for-  
Luctus. tunæ casus.

Ut suus cuiq; arbori fructus: Ita luctus nō est alius  
fructus, quam lachrymæ.

**Mors.** Ut nemo miratur liquefactum, quod potuit lique-  
scere, sectū quod erat sectile, exustū quod exustibile: ita  
mirandum non est mortuū esse, qui erat mortalis.

**Genera-** Quemadmodū ex eodem luto licet fingere animan-  
tionis se- tia, ac rursum cōfundere, atq; cōtinenter aliud ex alie-  
ries. facere: Sic natura ex eadem materia genuit maiores no-  
stros, his extinctis, nos, deinde alios atq; alios.

**Mors.** Quemadmodum mutua pecunia aequo animo redi-  
denda est: Sic uitæ munus, quam mutuo accepimus.

Beneuiae dijs, citra querimoniam est reponenda.

**re laus est** Ut nō qui multum cecinit, aut rhetoriciatus est aut  
gubernauit, laudatur, sed qui scite: Sic non qui diu uitæ

**Prudens** xit, sed qui bene.

**omnia be- ne cōsulit.** Quemadmodum quod in tesseris cecidit, id arte et  
ratione quam potest optime disponendum: Ita quod in  
uita

vita accidit, in optimam uertendum partem.

Sicut mensarij non grauatim reddunt deposita pi- Gratitu-  
gnora, ut quæ in hoc ipsum acceperint, ut restituant: do.  
Sic nos quod à dijs accepimus.

Quemadmodum araneæ ex se telas texunt: Ita qui Cōmen-  
dam ex seipſis comminiscuntur fabulas ac mendacia, tandem li-  
cum nihil subſit ueri. bertas.

Quemadmodum iris nihil aliud est quam relucen- Fabula.  
tia ſolis refracti in nubibus: Ita fabula quædam est ue-  
ni repræſentatio.

Fumus initio ingens, facile euaneſcit: Sic gloria fal- Gloria  
bparta. uaria.

Vt fugitiuſis ab altaribus ac templis reuulsis, nihil Iactatio  
ſuperest præter mortuorū ſepulchra: Sic qui uera ſuaq; maiorū.  
gloria deſtituti, maiorum imaginibus offerrunt ſeſe.

Non utimur aqua turbata niſi conſtiterit. Multo mi Animus  
nus utendu m eſt animo commoto, priuquam ad ſe re- cōmotus.  
dicit: Ita Socrates.

Si qua terra referta ſit saltibus, feris, & herbis ſylue ſtribus, multoq; limo, protinus diſplicet imperito colo-  
no: Ac peritus agricola ex ijs ipſis coniectat ſoli molli-  
tiem ac feracitatem, tantoq; impensiū dat operam ut  
eam repurget: Sic magnis ingenij magna uitia ſolent Lēta me-  
innati, quæ non conuenit ſtatiu tollere, ſed potius me-  
deri: expectāda ætas, donec ad frugē bonā reducatur.  
dicina.

Quemadmodum Aegyptij lege iubebantur expecta-

**Error hu- re, donec peperisset si qua grauida morbo fuisset corn manus. pta:** Ita non facile abiicienda fides in hominū erratis.

**Tyrānus** Vt hyene fel, & phocæ coagulum, atq; aliae pessima instrumentum ferarum partes aduersus magnos morbos efficacium diuī, habent remediū: sic deus pessimus tyrannis utitur nō nōx ultio. nunquam ad correctionem uitiorum.

**nis.** Quemadmodum agricola non incidit spinam priusquam asparagum inde ceperit, & Libyes non ante

**Corre.** incendunt farmentum quām thus collegerint: Ita deus suo regū, non excidit genus regum pestilens, priusquam hinc flatus aliquis bonus contigerit.

**Dissimile** Cantharides, & scorpij in se circumferunt sui uene  
**Pescatū.** ni remediū: At ipsi peccato ineſt sua pœna suppliciūq.

Vt pueri quidā admirantur ac fœlices iudicant ne  
Sultum bulones miseris cum in scena saltant, aureis induiti: Sic  
iudicium stulti fœlices existimant diuītijs onustos.

Dilatio tēm, sed lente moriuntur: Sic qui nō statim puniuntur,  
pœnæ. non effugiunt pœnam, sed longa ducuntur pœna.

Vt qui in carcere detinentur unde non sit effugiū,  
Scelera. tamen aliquando ludunt tesseras: Sic qui in vita uolutus. ptatibus utuntur cum sint scelerati.

Vt amnes quidam repente se condunt sub terram,  
Numinis nihilominus eō perferuntur quo cedunt: Ita numinum iræ. licet occultæ, tamen in extremas calamitates ause-  
runt aliquando nocentes.

Vt qui

Vt qui æstuant febribus, & que calent, siue unam infraueris uestem, siue plureis, tamen in solatium illo-  
rum multitudo uestium tollitur: Sic obseruiēdum, qui  
bus mederi non possis.

Quemadmodum ischiacis medici pollicem injurunt, Patrū ca-  
& cum alibi doleat, alibi admouent remediū: Sic deus litigatio.  
nonnunquam ut patres sanet, sicut in filios.

Vt scorpius non tantum modo putandus est habere Proge-  
nūculum cū ferit, sed semper est obseruandus: Ita malis nies mala  
prognati, etiam si non peccent, tamen uenenū habent.

Vt medici quibusdam morbis occurruunt priusquā Ultio di-  
appareant: Ita deus quedam punit ne fiant. uina.

Qui uincit in certaminibus, præconem adhibet quo  
miseror pronuncietur: Multo magis uera uirtus alieno Propria  
lebet ore laudari, non suo. laus sor-

Quidam fame coacti, cum deest quod edat, suis ipso det.  
rum artubus turpiter uescuntur: Sic quidā siti gloriæ,  
nū deest q̄ laudet, ipsi laudat seipso nō sine dedecore.

Vt qui inambulantes attollunt se se ac dilatant, fa-  
luosi uocantur: at laudantur qui itidem faciunt in pu-  
gilum certamine aut in pugna, & uocantur fortes Fortitu-  
niisti: Sic qui in rebus aduersis erigit animum, fortis  
abetur & insuperabilis.

In tempestate qui confugiunt sub arborem, sereni-  
ate facta, ramos illius uellunt fugientes: Sic in rebus Ingratu-  
ffictis utimur præsidio quorundam, quos eosdem per do.

*inuidiam affligimus in rebus prosperis.*

**Laus mo-** Qui obseruant ne molesti sint lippictibus, umbram  
derata, aliquam admiscent lumini : Sic quidam laudibus suis  
aliquid erratorum aut uituperationis aspergunt, ut in-  
uidiam effugiant.

**Inuidia** Ut non inuidetur his qui domū aut agrum magno  
fortunam emerunt, sed quibus gratis contigit : Ita nemo his inui-  
comita det, qui gloriam magno sibi pararunt, sed quibus fortu-  
tur. næ suore contigit.

**Laus sui.** Quemadmodum iubemur aut omnino cauere lo-  
cum pestilentē: aut si in eo sis, circumspicte agere: sic  
aut omnino uitandum ne laudes teipsum, aut id cau-  
tim & circumspicte agendum.

**Stimulus** Qui esuriunt, magis irritantur si confixerint alia  
gloriæ os edentes: Sic magis inflammantur ad gloriam, qui glo-  
riæ sunt audi, cum altos audiunt laudari.

**Auditas** Non oportet titillare, qui natura proclives sunt ad  
laudis. risum: ita non oportet laudare, qui gloriæ suapte spon-  
te sunt appetentiores.

Pictores seponunt ad tempus opera sua, tum ex in-  
teruallo rectius iudicaturi: nam assiduitas in causa est  
**Fallax iu-** quo minus bene iudicent: Sic nos rectius iudicamus ami-  
dicū no- cos, quos ex interuallo reuismus. Ac de nobis ipsis quo  
stri. niam adsumus assidue, minus recte iudicamus.

**Irratus ani-** Qui se unum cum ipsis ædibus incendunt, omnia intus  
mus. tumultu complent, ut nec uidere possint, nec disisce-  
re quid

re quid sit utile: Sic ira commotus animus.

Natus deserta recipit gubernatorem, si quis uelit in **Dis simile** portum reducere: At animus ira percitus non admittit gubernatricem rationem aliunde, nisi intus ratio clauum arripiat.

Quoadmodum qui expectat obsidionē, colligunt ac Philoso- deponunt pecuniā, atq; omnia parat sub hostiū aduen- phia. tū: Ita aduersus assultum iracundiæ præceptis philo- phie muniendus & instruendus est animus.

Vt in tumultu non audimus quid nobis dicatur: Ita Irati non admittimus alienum consilium, nisi ratio lo- quatur intus, quæ tumultum animi compescat. priaratio cōpescit.

Vt munita tyrannis ab alienis tolli non potest, à fa- miliaribus potest: Ita concitatus animus ex se præbet, quo soluatur ira.

Vt ferrum tenue & infirmum si denuo fodiatur, fa- cile frangitur: Sic animus sæpe commotus ira, qualibet de causa commouetur.

Vt non magno negocio flamma extinguitur in pi- lis leporinis, aut scyrpis, aut stipulis accendi coepit, at non item si solida corripuerit: Sic ira primum gliscens facile uel ioco, uel risu compescitur, cum uidemus fu- mantem adhuc: quod si processerit, uix ullo negocio possit extingui.

Vt nautæ præsentientes tempestatem, ancoris fir- mant naues: Ita prius q̄ ingruat tempestas iracundiæ,

**Iracundia.**

Ira com- pescitur.

Ratio iræ obex.

F 5 ratione

ratione firmādus est animus, et in diuersum nitendū.

**Dissimile** Amor leuatur cātu, corollis, osculis. At ira si indul  
Ira. geas exasperatur.

**Irae mox** Ut prima tyrannidis solutio est, si reclametur, si  
occurren. non pareatur. Sic irae statim est reclamandum.

**dum.** Ut iuxta sententiam Hippocratis morbus est pericu  
losissimus, in quo ægrotus subinde mutat oris habitū,  
**Ira.** ac sui dissimillimus redditur: Ita nullus est animi mor  
bus ira periculosior, quæ uultum, uocem, incessum sic  
immutat, ut idem aliis esse uideatur.

**Iratus.** Lotis adducunt speculum: Id multo magis adhiben  
dum irato.

**Oratio** Mare cōmotū cū algā et spumā eiectat, purgari di  
trati. citur, etiā si littus contaminat: At qui cōmotus ira, uer  
ba effundit amara, contumeliosa, primum inquinant  
ipsum à quo dicuntur, et famæ labem aspergunt.

**Linguain** Ut in febre, sic et in morbo linguam habere lenem  
**morbo.** ac teneram, bonæ spei signum est.

**Dissimile** In febri linguæ scabritics ac fordes, signū est mali,  
Linguæ nō causa: In ira linguæ durities, malorū maximorū est  
durities. Ut tumor potissimum accidit ex plaga causa.

**Mollis a-** carnis: Sic molles et imbecilles animi maxime intume  
nimus. scunt ira, ut mulierum ac senum.

**Irritatio.** Barbari quidam ferrum inficiunt ueneno, ut bis no  
Oratio cō xium sit: Sic quidam dictis instigant commotos.

**primēs** **gram.** Ut nutrices pueris dicunt, ne plora et accipies: Ita  
dicen

dicendum animo commoto, ne clama, ne festina, ac meius que uis consequeris.

Vt pater uidens puerum uolentem incidere quip<sup>c</sup> Ratio capiam, ipse arrepto ferro id facit: Ita ratio vindictam eri stigat. piens iræ, utiliter castigat.

Vt puer se uulnerat ob imperitiam, dum alium fer Iracudia. ro querit laedere: Ita iracundia sibi nocet s<sup>e</sup>p numero, cum alijs nocere studet.

Qui nos docuit sagittare, non uetus iaculari, sed uertuit ne aberraremus a scopo: Ita non est interdicta pu Punitio. nitio, sed in tempore & apte facienda.

Vt primis nuncijs non statim creditur, quemadmodum Phocion Atheniensis, nunciata Alexadri morte: Si Iræ nō habet hodie, inquit, mortuus est, & cras & perendie mortuus erit: Ita non statim iræ fidendum dicenti, ille mihi fecit iniuriā, sed proferenda fides in dies aliquot.

Vt per nebulam corpora: sic per iracudiam res ma- Iracudia. iores uidentur.

Pigri remiges sereno cœlo desident in portu, dein de coguntur flantibus uentis nauigare cum periculo: Sic qui non punit, cum est animo sedato, cogitur ali Punitio intempe- quando uel iratus punire. stiuia.

Cibo iuxta naturam utitur is qui esurit: At uindi Dissimile etia debet uti, qui nec sitit eam, nec esurit. Vindicta

Vt assidua tuſsi cocutitur & quassatur corpus atq; Crebra exulceratur: Ita crebra ira animum exulcerat. ira.

Vt luxus

**S**igna ira- *Vt luxus deprehenditur è cantu tibicinæ, è coronis  
projicitis, ac similibus indicijs: Ita iracundum intelliges  
cundæ. è seruorum uultibus inustis.*

**q**īlāvtrīa. *Vt qui per inane ingrediuntur, quo magis innituntur,  
hoc magis peccant: Ita qui sui amantes, sibi fidunt.*

**D**issimile *Nō ut medici bili medetur amaris: Ita oportet ira-  
Medela cundiam medicari iracundia.*

**iræ.** *Vt minutæ literæ, si quis intendat, offendunt ocu-  
llos: Sic qui res minutulas iracunde curat, morosior red-  
ita, ditur ad maiores.*

**V**itia ani- *Quemadmodum in œconomicis inquit Xenophon,  
uum habent locum uasa sacræ parata, suum quæ cœ-  
nis, alibi quæ agriculturæ, seorsum quæ bello: Ita quis-  
mi. que inueniet in animo suo mala ab inuidia profecta, à  
zelotypia, ab ignauia, ab auaritia.*

**C**ensura *Vt Lamias fabule narrant foris oculatas esse, domi  
uitiorum. oculis in uase reconditis, nihil uidere: Ita quidam in  
alienis perspicaces sunt, ad sua cæcutiunt.*

**A**nimus *Vt quibus domi multū est malorum, gaudent apud  
male con- alios uersari: Ita animus sibi male conscius, sua horres-  
scius. de alienis agit, & maliciam suam apud alios pascit.*

**C**uriosi- *Gallina sæpen numero pabulo apposito, in angulo  
scalpens ac uerrens scobem, è stercore ordei granum  
tas. unum depromere mauult: Sic curiosi prætermisso aut  
interruptis sermonibus innoxijis, si quid malum in cu-  
iusquam familia occultum est, id prouerrunt in mediū.*

*Vt taxa*

Vt taxatur in Comœdijs Cleon, quod alibi manus Errans aſ-  
haberet, alibi mentem: ita multis in locis est curiosi ho- nimus.  
minis animus, nec una habitat in domo.

Vt Sicyæ, quod est in corpore pefimū, id attrahūt:  
Sic curiosorum aures, quod est in hominum uita uitio- Curioso-  
ſiſimum, id libentissime audiunt. rū aures.

Ciuitates portas habent quasdam nefastas, per quas  
educuntur nocentes ad supplicium capitum, eiſciuntur pur-  
gamenta, nihil autem infertur sacrū aut purū: sic aures  
curiosorū non tranſeunt niſi homicidia, adulteria.

Vt nemo ferret, ſi quis medicus, uel Aesculapius ul- Curiosus.  
tro accedens ad alienū morbum, percontaretur, num ha-  
beret phistulam in ano, aut nū mulier haberet cancrum  
in pudēdis, cū hec curiositas ſit salutifera, quod enuoca-  
tus accederet. Multo magis eiſciēdus curiosus, qui alie-  
na mala nō curat, ſed retegit tantū, idq; nō accersitus.

Portitoribus indignamur, quod aliena ſcrutan-  
tur uasa, cū id lex eis permittat, & ni faciant, dampnum  
facturi ſint: Multo magis ſuccēdū ijs, qui ſuis omiſ-  
ſis negocijs aliena perſcrutantur. Dissimile  
Curiosus  
alieni, ſui  
negligens

Vt coei optant pecorum prouentum, pifcatores pi- Curiosus  
ſcium: Sic curiosus malorum, nouarum rerum commo- noua ca-  
tionem, ut habeat quod uenetur. prat.

Vt ſele p̄tercurrente, tollunt ē medio obſonia: Ita  
apparente curioso, uertunt institutum sermonē, donec  
abicerit, ut minus iam norit rerum quam ceteri. Curiosus  
à ſermōe  
excludi-  
tur.

Vt qui

**Curiosus** *Vt quidam insana libidine, neglectis formosissimis mulieribus quae prostant, ad inclusam & sumptuosam penetrant, etiam deformē: Sic curiosus contemptis prae claris spectaculis ac fabulis tā multis, alienas scrutatur epistolas, alienas domos, nō absq; periculo nōnunquā.*

**Curiosi** *Vt Simonides gratiarū scrinii semper inane reppe rit, mercedis semper plenū: ita si curiosus post aliquan penu. tum tempus suam aperiat penum, inutilibus & insuauibus rebus plenam inueniet.*

**Curiosi** *Quidā ē poetis eligunt deterrima, ut ex Homericis studium. uersibus acephalos, & μειούργους, tragicos syllogismos, & ab Archilocho obsecne dicta in mulieres: Sic curiosus pesima et insuauissima, ē cuiusq; uita decerpit*

**Curiosi** *Vt Philippus ex deterrimis hominibus conditam ci thesaurus uitatem πονηρόπολην appellauit: Sic curiosus malis undiq; congestis, thesaurū quandam inamabilem & inamoenum sibi in memoria construit.*

**Curiosi** *Vt quidam neglectis pulchris picturis, prodigiosas ac monstroas mirantur imagines, ut tricculos, carentes suris, cynocephalos: Sic curiosi malis alienis magis delectantur, quàm honestis.*

**Aurium usus.** *Vt uenatores non sinūt canes quiduis olfacere, aut mordere, sed integros eos seruant feræ: Sic oportet au res & oculos nō sinere quo quis uagari, sed rebus necessaria res seruare.*

*Quemadmodum aquilæ & leones cum ambulant: intror*

introrsum uertunt ungues, ne conterantur, ac seruant  
in prædam illorum aciem. Sic animi uigore non conue-  
nit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad usus  
sum necessariorum. <sup>Animi rigor.</sup>

Vt turpe est ingredi domū alienam, aut introspice Curiosi-  
re: Ita turpius est scrutari quid alij suæ domi faciant. <sup>tas.</sup>

Vt admonuit Socrates cauendum ab ijs edulijs, quæ  
illicerent ad edendum etiam non esurientes, & à potu  
qui ad bibendum inuitaret etiam non sitientes: Sic fugienda  
enda sunt spectacula sermonesq; qui pelliciunt sui desi-  
derio eos, ad quos nihil attinent.

Vt hucus cruentat seipsum, dum scalpitur: Ita cu-  
riositas & sua mala studet cognoscere, & dolorem ac-  
cerdit cognoscendi libido siue pruritus. <sup>Curiosi-  
tas.</sup>

Quemadmodum admonet Xenophon, ut in rebus  
prosperis maxime meminerimus honorare deos, quo si  
quando inciderit necessitas, audacter eos possimus ac-  
cerdere, ceu iam beneulos & amicos: Sic dicta que mor-  
bis animi queant mederi, multo ante cōparanda sunt:  
ut cū opus est, facile succurrat, iam familiaria.

Vt canes feroce ad omnem uocem irritantur, ad so-  
lam notam, ac familiarem mansuetūt: Sic animi morbi  
cum seuiunt, compesci non possunt, nisi dicta adsint no-  
ta familiariaq; que commotos corripiant.

Qui nauseant inter nauigandum, existimant se me-  
lius habituros, si ex scapha in liburnicam, aut in trires-  
<sup>memb</sup>

**Mutatio mem demigrarint:** At nihil agunt, cum secum circumfuitæ. rant timiditatem ac bilem : Ita frustra uertunt genus uitæ, qui morbos animi secum adferunt.

**Qui laborant aduersa ualitudine,** ijs omnia sunt molestæ, fastidiunt cibos, incusant medicos, succensent amicæ. **Aegrotus cis,** at restituta sanitas omnia reddit iucunda: sic animo animus. **aegroto quævis uita insuavis,** animo sano nullum uite genus non iucundum.

**Vitæ ge-** **ut calceus ad pedis formā torqueatur,** nō cōtra: Sic ui-  
nus. **te genus cuiq; est eiūmodi,** cuiusmodi sunt animi af-  
fectus.

**Vt frustra puro haurias uase** è fonte turbido: Ita nō  
**Animus potes alijs iucundus esse,** aut rebus obeundis accommo-  
rebus agēdus, nisi purgaueris animum malis affectibus.

**dis adcō-** **Plato confert hominis uitam ludo tesserarum:** quid  
**modus.** iactu cadat, nō est in nobis situm: ut quod cecidit, recte  
**Euentus.** disponere in nobis est: Sic euentus in nobis nō est, quod  
obuenit, id in bonum uertere nostri muneris est.

**Vt corpus ægrotum nec æstum ferre potest,** nec fri-  
**Aeger a-** gus: Ita animus ægrotus prosperis atq; aduersis rebus  
**nimus.** iuxta offenditur.

**Sapiens.** **Vt apis ex amariſſimo thymo,** suauissimū mel colli-  
git: Ita sapiēs ex tristiſſimis rebus aliqd excerptit utilis  
**Inexpe-** **Vt qui canē lapide petēs,** nouercā percus= (tatis.  
**ctatus ca-** sit, ne sic quidem, inquit, male: Ita quod præter expecta-  
**fus.** tionem euuenit, in bonam partem uertendum est.

**Vt me**

Vt medicus curans eos qui dentibus cruciantur, nō tam contristatur aliorum malis, quām sua bona ualeat dñe gaudet, sed placidus eis apparet: sic qui cupit alie Medicus ne mederi iracundiae, nō debet ipse simul commoueri, iracundus. sed placide tractare animum ægrotum.

Febricitantibus amara uidentur omnia, at ubi con spexerimus alios eadem non fastidentes, iam non ci bum, sed nos ipos incipimus accusare: Sic desinemus Imitatio. incusare negotia, si uiderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuntes.

Sic et quod est pessimum attrahunt: Sic quidam suis Abiectus bonis nō fruuntur, sed malis expēdendis discrutiātur. animus.

Vt Chius ille uina optima emebat alijs, ipse uappam potabat: Sic qui omnia sua deprauant nec suis iporum bonis fruuntur. Huius seruus interrogatus, quid age= Abusus fortunæ, ret dominus, cum adsint inquit bona, querit mala.

Si pueris unum lusum auferas, reliquis omnibus abie cū plorant: Sic quidā si quid obtigerit dispendi proti Imbecillitas, nū irati, reliqua omnia cōmoda sibi reddūt iniucūda.

Vt quidam alienas picturas, statuas, poemata dili genter aspiciunt, ac singula excutiunt per ocium, sua Admira neglectui habent: Sic multi alienas fortunas magis ad mirantur, suas oderunt. successus.

Quemadmodum adulteri alienas uxores adamant, suas contemnunt: Sic quidam aliorum bonis magis dele flantur, sua eleuant, aut etiam negligunt.

**Nemo cō rī ciues, hi rursum diuites, hi satrapas, satrapae reges, tērus suo.** reges deos, tonare propemodum ac fulgurare cupientes: Sic qui semper expendit, quanto sit alijs inferior, nunquam sua contentus est sorte.

**Luctan-** In Olympijs nō licet uincere, delecto aduersario: Sic dū cū for in uita quæcumq; obtigit fortuna, cū ea luctandū est.

**tuna.** Ut floridū auleū aliquādo multa tegit sordida: Sic Splendor splēdor et strepitus potētū, multas obtegit calamitates.

**Regnum.** Ut quibusdam cū foris, in foro, aut in curia cōspicui sint ac splendidi, domi morosa uxor contristat omnem uitā: Sic regno, ac dūtijs multa adsunt occulta mala.

**Cupidi-** Ut uelis utendum pro nauis magnitudine: Ita cupitas, ditates pro facultate sunt moderandæ.

**Demētia.** Qui boue uenatur leporem, & aratro iaculatur, sagena captat ceruos, si non assequitur, non potest accusare fortunam, sed suam ipsius stultitiam: Sic qui conantur quod non queant efficere, non debent incusare fortunam, sed suam dementiam.

**Bos ad aratrum adhibendus, equus ad currus, ad ue-**  
**Deligēda natum canis, ut inquit Pindarus: Sic quisq; debet eam**  
**ratio uite uita rationem capessere, ad quam natura sit appositus.**

Qui studeat Plato esse doctrina, dormire cum beata uetula, ut Euphorion: cū Alexādro potare, ut Medius:

**Votum diues esse, ut Ismenias, uirtute præcellens, ut Epamī-**  
**stolidum: nondas, doleatq; quod unus non sit hæc omnia: perinde**  
**facit**

sicut, ac si moleste ferat, quod non sit leo montanus, & idem melitæa catella in sinu uiduæ diuitis.

Vt qui cursu certant, nō discrutiātur, cū uident coronas athletarū, sed suis oblectantur: Ita te non oportet aliena fœlicitate discrutiari, sed tua gaudere sorte.

Vt plures sunt qui lauare uelint, quam qui uelint inungi: Ita ad magis ardua, magisq; præclara pauciores confluent.

Qui dolent, quòd nō excellant in omnibus, etiam diuersissimis: perinde faciunt, ac si quis moleste ferat, quòd nus. uine non ferat fucus, quodq; olea, non ferat botros.

Vt seris alijs aliunde uiuetus: Sic hominibus alijs aliunde uiuendi ratio, alijs philosophatur, alijs militat.

Vt muscæ à leuibus locis ueluti speculis dilabuntur, asperis & cauis insident: Sic quidam honorū oblitii, tristium memoriam urgent, ac premunt.

Vt est locus in Olyntho Thraciæ, in quem si scarabeus inciderit, nō possit exire, sed distorquës se se immo- nitur: Sie quidam malorū suorū memorie immoriuntur.

Vt in pictura que splendida sunt, oculis sunt obijcienda, celanda si qua mala que deteri nō queant. Sic in uitio boni, honorū contéplatione, obscurada malorū memoria.

Vt in musica graues acutis sic miscetur, ut concen- tum efficiant: Ita bonis & malis utendum in uita, ut exutrisq; uiuendi ratio temperetur.

Vt grammaticus nō solum uocalibus utitur, sed ex-

Propria  
sors.

Dispar ui-  
tæ institu-  
tio.

Tristitia.

Mœror  
nimius.

Contépla-  
rum.

Vsus bo-  
ni et mali

**Casus** ut consonantibus, tenuibus, aspiratis, gratibus, longis, ut  
tæ. modulata sit oratio: Sic in uita nihil purum.

**Collatio.** Ut musici duriores harmonias alijs obscurat modu-  
lationibus: Sic in uita si quid accidit preter animi sen-  
tentiam, meliorum collatione est obscurandum.

Ut flamma excitata uento, maior est ac uehemen-  
**Cupidi-**tior, sed paru durabilis ac costans: Sic uehemens cupidi-  
tas. tas ob metum adiunctu, incertam habet uoluptatem.

**Ratio.** Gubernator etiam si multu conducit tamen non po-  
test sedare uentos et undas: At ratio, ac mentis habitus  
non solum animi motus componit, uerum & corporis  
morbos sape leuat.

Ut qui per febrim aut epialum, horrent atq; aestuat,  
grauius afficiuntur ijs, qui eadem foris patiuntur: Sic  
**Fortunæ** fortunæ res, quod foris adueniant, minus discruciant,  
casus. quam ea quæ sunt animi.

Ut si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit  
**Animus.** non potest esse purum: Sic animus si sit infectus malis  
affectibus, omnia uitiat quæ accedunt, contra si purus  
& tranquillus.

Ut qui thus tundunt, etiā si purgentur, tamē odorē  
**Animus** in multu tempus referūt: Ita animus diu diversatus in  
honestate honestis negocijs, diu seruabit iucundā memoriam, qua-  
imbutus. fretus cōtemnet eos, qui uitam ut miseram deplorant.

Ut multa agrestia subnascentia in agro, mala quis-  
dem ipsa sunt, sed tamen signa felicis atq; uberioris soli, si  
quis

quis excolat: Sic animi affectus per se mali, arguit in Affectus:  
genium non malum, si accedat recta institutio.

## EX SENECA.

**V**T qui se meminerunt inquilinos esse, & in con-  
ducto habitare, & modestius se gerunt, & mi-  
nus grauatum exeunt: Ita qui intelligunt domicilium Brevis;  
corporis ad breve tempus à natura commodatum esse, uita.  
& uiuunt temperantius, & libentius moriuntur.

Vt fœlicior est, quem uentus acrior cito in portum  
pertulit, quam quem uenti segnes, & longa tranquilli-  
tas lentissimo tædio delassarunt: ita fortunatior, quem Mors cito  
festinata mors statim his uitæ malis eximit.

Quemadmodum nauigantibus terræq; urbesq; re-  
cedunt. Sic rapidissimi temporis cursu primum pueri Tempus.  
tiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde sene-  
ciantis optimos annos.

Vt qui serius exiuit, cursus celeritate penset ac far Serus ad-  
ciat oportet: Ita qui serius ad bonam uitam aut literas studia ad-  
accessit, diligentia reparet necesse est, superioris cessa cessus.  
tionis iacturam.

Animalia quedam circa cubilia confundunt uesti Bonū oc-  
gia, ne queant inueniri: sic nobis cælandum bonum no cultandū.  
strum, quo tutius sit.

Vt in aperto posita & exposita negliguntur ac præ= Occulta  
terentur, abstrusa petuntur insidijs: Ita qui ualde latet, ta uirtus.  
& à uulgo semotus est, in huius uitā inquirunt homines.

**Vita tran-** Demetrius uitam perpetuo tranquillam, et sine ul-  
quilla, lis fortunæ incursionibus mare mortuum vocavit,  
**Virtus.** Ut sol minora obscurat lumina: Ita ad uirtutem ri-  
liqua commoda nihil habent momenti.

**Sapiens.** Ut nihil adserit momenti nimbus in mare decidens:  
Ita fortunæ incommoda nihil mouent sapientem.

**Memoria amici.** Poma quædā suauiter acerba sunt, et in uino nimis  
ueteri delectat & ipsa amaritudo: Sic amicorum de-  
functorum memoria mordet animū, sed nō sine uoluptate.

**Amor ui-** Supra modū deditus uino, fecem quoq; exorbet: Sic  
tæ. admodum uitæ audius, qui ne extrema quidem senecta  
uult mori.

**Homo ua-** Ut in eundem aminem nemo bis descendit: Sic ob ra-  
rius. pidū cursum uitæ homo ad singula momenta aliis est.

**Voluptas** in hoc amplectuntur ut strangulent: Sic uoluptates dū  
blandiuntur necant.

**Animus** Iumenta quorū in aspero indurata est ungula, quāli  
duris as- bet patiūtur uitæ, in palustri pascuo saginata cito subte-  
fuetus. rūtur: Sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur

**Locus.** Ut alia uestis magis sapiencie decet q; alia, cū nullam  
oderit: Sic magis congruit hoc aut hoc loco uiuere.

**Dissimile** Alia remedia cū administrantur tristia, post sanita-  
Philoso- tem deniq; delectant: Philosophia pariter salutaris es-  
phia, & dulcis.

Robora in rectum quamuis flexa reuocabis. Curia  
tas tra-

tas trabes calor explicat, & aliter natæ in id singūtur, Animus  
quod usus noster exigit. Quanto magis animus accipit cito flecti  
formā flexibilis, & omni humore obsequētior?

Quæadmodum stultus est, qui equū empturus, non Amicus  
ipsum inspicit, sed stratū eius ac frenos: sic stultiſſimus, non ex ha-  
qui amicū asciturus, eū ē uestitu aut opibus estimat. bitu co-  
gnoscen-  
dus.

Vt grando illa teſtis diſſultat, magno quidem fra- Amicus  
gore, uerum nulla noxia: sic insultus fortunæ nihil po- non ex ha-  
test in ſapientem. bitu co-  
gnoscen-  
dus.

Vt præſtigia torū fraudes fallunt & cū uoluptate. Sapiente  
Sic ſophiſticis argutijs capi ridiculū eſt, nō periculofum fortuna  
In labyrintho properātes ipsa implicat uelocitas: Sic non mo-  
qui uitæ cōmodis iudēt, magis inuoluūtur incōmodis. Argutiae.  
Nautis in fluvio magna, in mari parua eſt: Sic medio Studiū uo-  
cres alibi, alibi uidentur inſignes. luptatis.

Auis que pluma tātum tenetur, minimo diſpendio Opes.  
potest auſugere: Sic opes non debent nos remorari à  
ſtudio ſapientiae.

Serpens etiam pefifera dum frigore torpet, tute tra- Animus  
ſtatur, non quod deſit uenenum, ſed quod non poſſit malus.  
explicare: Sic quibusdam ad eximiam maliciam uires  
deſunt, non animus.

Vt pheonix non niſi quingentesimo anno naſcitur: Prouetus  
Ita inſignium uirorum rarus eſt prouentus. honorum

Non faciunt equum meliorem aurei freni: Nec homi Opes non  
nem meliorem fortune ornementa. faciūt me- liorem.

**Animus** Radij solis et si contingunt terram, tamen ibi sunt sapientis, unde mittuntur: Sic sapientis animus, tametsi uersatur hic, tamen apud suam originem est.

**Celeritas** Qui nimium incitatus fertur, non ubi uult fistis se, sed longius effertur quam uelit: Sic nimia in dicendo dicendi, celeritas temere rapitur.

**Nimia fœlicitas.** Ut segetem nimia sternit ubertas, rami onere franguntur: Sic animos immoderata rumpit fœlicitas.

**Animus honesta appetit.** Flamma nec premi potest, nec quiescere: Sic animus natiuo impetu fertur ad honesta.

**Sapientia** Semen licet exiguum, tamen locum nactum idoneum uires suas explicat, et ex minimo in maximos actus diffundit: Sic ratio sapientiae paucis constat uerbis, in opere crescit.

**Adolescētia dura.** Vinum quod in dolio placuit, non fert etatem, quod recens durum est et asperum postea placet: Sic adolescentia durior maturescit, et ad frugem peruenit.

**Occupatio.** Qui multis negocijs distrahitur, ueluti lacus est ad tio, que à multis cōcurritur, qui eū et exhauriūt et turbāt.

**Raritas commendet.** Non est admirationi una arbor, ubi sylua tota in al tum surrexit: Sic nō animaduertitur una sententia, cū paßim omnia referta sunt sententijs, sed si raro incidat.

**Mors senum.** Ignis qui ualentem materiam occupauit aqua, et interdum ruina extinguedus est: ille qui alimētis deficitur, sua sponte subsidit: Sic facilis est mors senum.

**Gladiator tota pugna timidiſimus, cum moriendo**

dum est, fortiter aduersario iugulum præstat, et errantem gladium sibi attemperat: Sic mors admota etiam Mors. imperitis animum dedit, ut præsentem fortiter ferant, qui cum procul abesset, formidabant.

Magnus gubernator et scisso nauigat uelo, et si exarmauit, tamen reliquias nauigijs aptat ad cursum: Sic in corpore parum fœlici ac deficiente, tamen fortis Fortis animus sui similis est.

In naui quæ sentinam trahit, uni aut alteri rime obfisitetur: sed ubi pluribus locis laxari coepit, succurri non potest nauigio dehiscenti: Ita in sentli corpore ali Senectus, quatenus fulciri potest imbecillitas: uerum ubi totum collabi coepit, nihil agitur remedij.

Vt putri et ruinam minanti ædificio non adhibent Corpus turfulture, sed circumspiciendum ut exeras: Ita defecto defectū, corpore demigrandum evita.

Vt si quis uaria spargat, necesse est ut aliqua proue= Industria niant, sic omnia tentanti quædam succedunt.

Vna tußis non facit phthisim, sed in morem addu= Error, ea: Ita error non statim gignit animi morbum.

Vt egrotus non querit medicum disertum, sed sa Philosofandi peritum: Sic à philosopho non requirimus oratio phi- orationem phaleratam.

Philosophus etiam eloquens, perinde est quasi si bo Phili- nus gubernator etiam formosus sit. ophus elo- quens,

Vt in corporibus morbus segnitie et latitudine

**G** **s** **præsen**

**Animus** presentitur: Sic infirmus animus, priusquam opprima infirmus. tur malis, præsumptione quatitur.

**Philosofia** necat: Sic philosophiæ præcepta, si in bonum auctio phia. prauum animum inciderint.

**Fortuna** non est melior gubernator, cui pulchrius aut maius sit nauigium: Ita non est melior uir, cui fortus, tunasplendidior.

**Dissimile** Ex congiario epulo, aut uisceratione, tanto minus Bona ani redit ad singulos, quanto in plures distribuitur: nō idem accidit in bonis animi, quæ tota ad singulos perueniunt, nec communicatione minuuntur.

**Officium** Ut plus debet Neptuno, qui merces preciosissimas debitum. deportauit: Sic plus debet principi, qui tranquillitatē, & pacem publicam non in uoluptatibus, sed honestissimis studijs consumit.

**Cupidi** Canis quicquid exceptit, protinus deuorat, & sensatas. per ad spem futuri hiat: Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id sine ulla uoluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti.

**Memoria** Ut libri quos non euoluas, situ cohærescant: Ita memoria euanescit, nisi subinde renoues.

**Philosofia** Lana quosdam colores statim imbabit, quosdam nō nisi sepius macerata & recocta. Sic alias disciplinas ingenia cum accepere, protinus præstāt. philosophia nisi alte

alte descendit, & diu sedet, non colorabit animum.

In aquam demissa quædam, cum sint reæssima spe Iudicium ciem curui, præfractiq; uisentibus reddunt: Ita si de re= prauum. bus perperam iudicamus, nostrū est uitiū, nō rerum.

Querimus nonnunquam eos, quibuscum stamus: Inscitiae. Ita quidam quod sciunt, se scire nesciunt.

Quemadmodum perniciösior hostis fugientibus: Sic Fuga, grauius est incommodum si cedas, ac des terga.

Quomodo fabula, sic uita: non quām diu, sed quām Actus bene acta sit, refert.

Vt ictum quem præuideris, commodius excipis: Sic Malū pre meditatiū præcogitatū malum minus offendit.

Vt histrio non est foeliciar, quod in scenis adorna-  
tus, rex aut deus uideatur: Sic nec homo fortunæ mu- Munera neribus quandoquidem suis bonis æstimatus, nihil est. fortunæ.

Vt pumilio, etiā si in monte cōsistat, pusillus est, Co-  
lossus etiā in puto magnus: Ita sapiēs in quacūq; fortu Sapiens, na suis bonis magnus est, stultus & in summa fortuna

Quemadmodum reus paribus senten- (humilis.  
tijs absoluitur: Sic sapiens ubi paria maleficijs merita sunt, magis meminit benefactorū, quām iniuriarum.

Illud uenenum quod serpentes sine sua pernicie cō= Dissimile  
tinent, in alienam effundunt: At malitia maximam sui Malitia,  
ueneni partem bibit ipsa.

Creditori preter sortem extra ordinem numerā= Dissimile  
mus, beneficiorum autem usum esse gratuitum indica= Beneficia  
mus gratuīta

*mus, & illa crescunt mora, tantoq; plus soluēdum est, quanto tardius.*

*Vt post malam etiam segetem serendū, ut post naufragium tentantur maria, ut fœneratorem à foro non fugat coactor: Ita beneficium denuo collocandum etiā si semel incideris in hominem ingratum.*

**Simulatio.** *Fucata facies nec diu nec multis imponit: Ita simulatio, non nisi ad tempus, & paucos decipit.*

**Gloria virtutem sequitur.** *Vt umbra nos uel inuitos comitatur: Ita gloria uitatem sequitur, etiam fugientem.*

**Fama.** *Vt umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur: Sic quibusdā statim cōtigit fama, quibusdā post mortē, deniq; ea quo longius sequitur, hoc maior esse solet.*

**Sapientia & qualitas.** *Vt nec mundus crescit, nec sol, nec luna, nec mare: Ita pares sunt omnes sapientes.*

**Ebrietas.** *Vt oculi diutino morbo difficiles facti, quo quis solis radio offenduntur: Sic uitia, multa & assidua contra facta temulentia durant & sobrijs.*

**Ebrietas operata recludit.** *Vt dolium effervescente uino rumpitur, & quod in imo est, eruitur in summa: Sic ebrietas abditissima peccatoris profert.*

*Quemadmodum onerati mero, non continent cibum: Ita nec arcanum redundantē uino.*

**Infelices.** *Vt æque mortuus est, qui conditus est in odoribus, & qui trahitur unco: Ita æque sunt infelices, et qui uoluptatibus indulget, & qui ambitiosis negotijs uacat.*

*Vt boe*

Vt bonus artifex è quauis materia simulacrum fin Sapiens,  
git: Ita sapiēs quāuis fortunā sapienter administrabit.

Vt initia morborum quamuis leuia serpunt: Ita si Vitia ad-  
uitia & affectus uel leuiſſimos ſemel admittas, crescūt missa gli-  
ſcunt. & augēſcunt.

Vt quēdam ferē etiam domitae, tamen ſubito ad ſe Vitia nō  
ritatem natuam recurruunt: Ita nunquam bona fide ui mansue-  
ſcunt.

Vt nullum animal nec mite, nec ferum paret ratio= Affectus.  
ni, qua caret: Sic nullus affectus.

Qui ſibi comparatione deteriorum bonus uidetur, Ineptacol  
perinde eſt ac ſi quis ad cludos reſpiciens ſuam mire latio-  
tur uelocitatē.

Vt ē diuersis uocibus conſtat chorus: Ita uariarum Eruditio  
disciplinarum mixtura conſtat eruditio.

Qui imitatur autores, dabit operam, ut ſimilis illis Imitatio.  
ſit, quemadmodum filius ſimilis eſt patri, non quemad  
modum imago picta.

Vt ē diuersis numeris conſtat unus, ſumma illorum Eruditio.  
in ſe complectens: Sic ē diuersis conflatur eruditio, iam  
tua, non aliorum.

Cibus innatans ſtomacho, onus eſt, non cibus, idem  
mutatus, in uires & ſanguinem transit: Sic que lege- Lectio  
ris, ſi ſolida durant in memoria, aliena manent, ſi abe- frugifera,  
unt in ingenium, tum reddunt eruditiorem.

Apes ē uarijs uarios colligunt ſuccos, ſed eos ſua  
ſpiritu

110 D: ERAS. ROT. SIMILIA

spiritu mutant ac digerunt, alioqui non facturæ mel:  
Sic euoluendi sunt autores omnes, sed quod legeris in  
tuos usus transformandum.

Aestima- Alibi diligenter expenditur, non quid habeat quis-  
tio homi- que, sed quid habeat suum: itidem hominem suis pro-  
nis. prijs bonis oportet æstimare.

Sapiens. Ut egregius artifex, nō in una materia artifex est:

Iactantia. Sic sapiens in quavis fortuna se bene gerit.  
Quoadmodum fures alienis poculis ansas mutant,  
ne possint agnosciri: Ita nonnulli de alienis inuentis pau-  
lulum quiddam immutant, ac sibi usurpant, et detra-  
ctis aut additis pauculis uerbis, existimant suum uideri  
posse, quod est alienum.

Sapientis uta. Ut sydera contrarium mundo iter intendunt: Ita sa-  
piens aduersus opinionem omnium uadit.

Rex sine tium ualidi, nocere intentent: tam citra sapientem om-  
nipotenti- nes eorum impetus deficient, quamquam queruo, tormenta  
bus defi- citis in altum exprimuntur, cum extra uisum exierūt,  
cit. citra coelum tamen flectuntur.

Experi- Adiace illos, qui nō aliter q̄ quibus difficilis somnus,  
mentum. uersant se, et hoc atq; illo modo cōponunt, donec quie-  
tem laſſitudine inueniant, statū uitæ sue formando, sub  
inde in eo nouissime manent, in quo illos non mutandi  
odiū, sed senectus ad nouandum pigra deprehendit.

Recta eundum. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne peccos-  
rum

rum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quò eundum est, sed quò itur.

Vt in magna strage alius aliū trahit in ruinā: Ita in Error publico errore, alius aliū secum trahit ad perniciem.

Vt qui in ludo uersantur gladiatorio, cum iſdem uiuunt ac pugnant: Ita uulgus hominum inter ſe di- Hominū micat, & alius alium ſpoliat uel amiciſſimum. dīmīcatiō

Vt feræ mutuo laniatu uiuunt: Ita quisquis poten- tior malo inferioris ditescit, ac crescit.

Vt qui per ſpinosa ingrediuntur loca, ſuſpensis pedi- bus eāt necesse eſt: Ita de rebus friuolis, aut moleſtis lo- Friuola quēti, heuiter eſt trāſiliendū ad uberiora, gratioraq;. breuiter dicenda.

Vt qui ſpinas habet in pedibus, ubiq; ſpinas calcat: Ingeniū Ita ſterili ingenio omnis materia ſterilis eſt.

Vt qui in alieno habitant multis angūtur incōmo- dis, ſemperq; de aliqua domiciliij parte queruntur: Ita Querulus animus nunc de capite, nunc de pedibus, nunc de ſtoma- cho, nūc aliud de alio queritur, ſignificās ſe non eſſe in ſuо domicilio, ſed unde breui ſit emigrandum.

Vt montū proceritas minus appetat procul intuen- Philo- tibus, ubi accesseris, tū appetat quām ſint in arduo: Ita phi excel- nemo proſpicit quām excelsus ſit animus philosophi, ſus ani- quantūq; ſupra res omneis humanas emineat, niſi pro- piu contēpleris, & imitatione ad illum accesseris.

Quemadmodum ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tra- cium

**Carmen.** Etum, patent ore nouissime effudit: Sic sensus nostros  
clariores arcta carminis necessitas efficit, eadem neglig-  
gentius audiuntur, minusq; percutiunt, quamdiu solu-  
**Fama uirtutis.** ta oratione dicuntur. Potest trahi & hoc, ut si quis di-  
cat famam uirtutis clariorem existere, si diu rebus ad-  
uersis oppressa, tandem emergerit.

Vt qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, colo-  
ratur. & qui in unguentaria taberna resederunt, &  
paulo diuinus commorati sunt, odorem loci secum fe-  
**Consuetudo sapientum.** runt: ita qui cum sapiente consuetudinem habent, etiā  
si non hoc agant, tamen redduntur meliores.

Tum. Tempestas minatur antequā surgat, crepant ædifi-  
**Homo homini lumen.** cia antequā corruant, prænunciat fumus incendiū: At  
subita est ex homine pernicies, & eo diligentius tegi-  
pus. tur, quo propius accedit.

Vt in corpore latet animus, unde uim & impetum  
**Philosophiae optima.** sumant omnia & mysteria, quæ est sacrorum pars opti-  
ma, nō patet nisi initiatis: Ita philosophiæ præcepta no-  
mū latet. ta sunt omnibus, id uero quod in ea est optimum, latet.

**Malū ad certitum.** Vt quosdā uxor magno ambitu ducta torquet: Ita  
magnis laboribus accersunt, magno futura malo

Vt puerorum, dum primum discunt scribere, dungi  
tenentur, & aliena manu per literarum simulacra du-  
cuntur, post iubentur imitari propositum: Sic primum  
**Institutio.** animus ad præscriptum adiuuetur oportet, donec inci-  
piat perse philosophari.

Vt minuta

Vt minuta quædam animalia, cū mordent, nō sensuntur, tumor indicat morsum, & in ipso tumore nul- Consuetus  
lum uulnus apparet: Ita bonorum consuetudinem pro- do bono-  
delle non deprehendis, sed profuisse.

Vt primū est expurganda bilis, unde nascitur infas- Præparā-  
nia, deinde monendus homo, alioqui qui furiosum ad-  
moneat, quomodo debet procedere, quomodo se gerere  
in publico, furiosior sit ipso furioso: Sic primum ani-  
mus est liberandus falsis opinionibus, postea tradenda  
precepta philosophiæ.

Vt qui ex claro sole redierunt in umbram, his cali- Subita  
gant oculi: Ita qui à diuinorum contemplatione, ad hu- mutatio-  
mana recidunt.

Vt medici uelant admoueri remedia, cū morbus in  
accessu est, ac sœuit, sed cū se remittit: Ita ad primos il- Consola-  
los iræ aut doloris motus, nō est adhibēda cōsolatio, uel tio tempe-  
admonitio, sed ubi tempore cœperint esse leuiores. stiuia.

Vt apparatus scenæ, quia cōmodato datus est, statim  
reditur, & sine querela: Ita quicquid in uita contigit  
magnificū, siue serius, siue mox à fortuna repetatur, Vsus for-  
equo animo reddemus, si his tanq;cōmodatitijs utimur titorum

Vt qui uarijs tēpestatibus, huc & illuc iactatus est,  
nec tamen peruenit, non multū nauigauit, sed multum Vita.  
iactatus est: Sic qui diu uixit, nec profecit ad bonos mo-  
res, non diu uixit, sed diu fuit.

Generofus equus melius gestabit sarcinā quam igna-

**M**agnum uum iumentum, nemo tamen imponit: Ita magna inge  
ingenium nia sunt quidē & ipsa idonea functioni muniū, sed ind  
gna quæ transordidis occupationibus onerentur.

Vt sydera mundi, si uel paulum subsistant, aut abe  
Principi rent: summo id omniū malo fiat: ita principi cessare in  
nō est ces- licet, quod si facit, magna rerū humanarū pernicie fit  
sandum.

**E**X LVCIANO, XENOPHONTE,  
AC DEMOSTHENE.

**V**T histriones Herculem in scenis, aut Agamēno  
nē repræsentātes personati, auro amicti, toru  
Temeri, tuentes, & late hiātes, tenuē & exilē ædūt uocem: Ita  
tas. quidam in dialogis faciūt Platōnē, aut magnos uiros lo  
quētes, quorum pondus non possint ingenio tueri.

**P**ronun- Bona fabula aliquādo exibilatur, uitio histriōis mal  
ciatio. agētis: Ita bona oratio displicet, si q̄s parū apte referat

Vt momus tauri opificem deum carpsit, quod no  
Abusus præposuisset oculos cornibus, ubi maxime erat opus  
rerum. Ita perperam faciunt, qui coronas in uertice ponunt  
cum sub naribus magis adponi conueniat, ut plurimi  
uoluptatis ex odore possint haurire.

**Q**uod Vt nō oēs insaniunt, qui Phrygiā audiūt tibiam, sei  
quisq̄ a- hi dñtaxat, quos Rhea corripuit: Ita nō cōmouētur ph  
mat, id losophiæ laudibus, nisi qui ad eā natura sunt prop̄s.  
laudari Quod tibiæ sunt ignaris musices: hoc opes his, qu  
cupidit. nesciunt uti.

**O**pes. Vt qui primo musicen discunt: citharas aliquot pe  
dum

lant & obterunt: Ita magno Reip. malo administrat Magistra  
magistratum, qui rudis accedit & imperitus.

tus indo-

Vt bilanx in eam uergit partem, unde plus accipit: Etus.  
sic quidam nunc huic, nunc illi fauent, qui plurimum Assenta-  
det, non cuius causa sit optima.

tio.

## EX ARISTOTELE, PLINIO,

## THEOPHRASTO.

**E**X omni genere curiositas hominum signa colle-  
git instantis tempestatis: At multo magis conue-  
nebat hac uti diligentia in consultationibus, ut obser-  
vatis experimentis coniçiant, quid malorum ex uno tatio-  
quoq; perperam instituto consequatur.

Vt cœlo quāvis sereno, nubecula quālibet parua uē-  
tū procellosum dabit: Sic rebus admodū pacatis, ex mi-  
nimo dissidio, grauiſſimi rerū motus subito exoriūtur.

Vt rane ultra solitū uocales tempeſtatiē significat im-  
minentem: Ita cū plurimū ualet apud principes ora Oratio  
malorū, bonis tacētibus, tū instat rerū perturbatio. malorū  
Echinus præsentiens tempeſtatiē, aut affigit ſeſe, aut turbat o-  
barena ſaburrat: Ita cum imminent fortunæ tumultus, mnia.  
animus eſt philoſophiæ præceptis confirmandus. Philoſo-  
phia.

Vt imperiti tempeſtatem nō ſentiūt niſi ſero, ſuoq;  
malo, cōtra prudentes agricole proſpiciūt, cauentq;  
Ita uulgus hominū improuidū ſuo malo diſcit, cū intē Proui-  
tim uiri ſapiens procul præuifum malum uitet: ut De dentia.  
mocritus metente fratre ardentissimo aſtu, monuit ut

H 2 reliquæ

*reliquæ segeti parceret, raperetq; defecta sub tectum  
paucis mox horis seu imbre uaticinatione approbata*

**Perturba-** *Quemadmodum non raro fit, ut cœlo maxime se  
tio rerum reno seu imber subito cooriatur: Itarebus maximis  
subita, prosperis ac lœtis, saepenumero grauiſſima rerum inci-  
dit perturbatio.*

**Ambitio-** *Cum æstate uehementius tonuerit quam fulserit, ut  
sus ani- inquit Plinius, uentos denūciat: Ita ubi quis uehemen-  
mus. ter inclamat in aliorum uitia, ipse non perinde lucens  
morum integritate, indicium est animi magis ambitio-  
nis uento tumescens, quam solide pij.*

**Gaudiū-** *Delphini tranquillo mari lasciuentes, flatum qua-  
malorum ueniunt parte denūciant: ita cū exultant improbi, tol-  
lūtq; sese, rerū humanarū iepstatē instare significant.*

**Dissimile** *Sol, luna, stella, mare, terra, arbores, herbæ, bruta,  
et in his apes, formicæ, conchæ, deniq; lucerne, tem-*

**Homo.** *pestatem præsentient: Solus homo sua mala non præ-  
sentit, neq; prospicit.*

**Indicia ca-** *Cum bruta solitum naturæ morē relinquunt, tem-  
lamitatēs, pestatēs indicium est. hoc est, cum mergi fugiunt maria  
notandum aut stagna, cum absconduntur formicæ aut oua proge-  
simile. est: ita cum audent facinorosi, tacent integri, sapit ul-  
gus, desipiunt principes, sacerdotes pro terrenis digla-  
diantur, perniciem humanae uitæ significat.*

*Vt Pyrites gēma nō aperit uim igneā, nisi si atterat,*  
*tum*

sum enim digitos adurit: ita quorundam malitiam nō Consuetus sentias, nisi cū illis cōsuetudinē aut cōmercium habuedo. nisi aut non sentias philosophiae uim, nisi exercueris: ita succina attritu uim attrahendi & odorem produnt.

Vt scarabeum, aut uiperam, aut arancam in gemma redditam & imitatam à natura (nam id uidemus esse factum in nonnullis) non horremus, sed amplecti: Pictura mur, effigie delectati: Sic uitiorū erudita pictura dele uitiorum. stamur in Historicis ac Poëtis.

Quemadmodum gēma Chalazias, etiā si in ignem coniiciatur, tamen natuū frigus suum retinet: Ita quidam sic frigent ad literas ac uirtutem, ut nullis exemplis aut hortatibus inflammare possis.

Sicut Alexander Magnus uetuit ne quis se pingere præter unum Appellem, aut ne quis se fingeret ære præter Lysippum, aut gemma sculperet præter l'yr gotelē, summos uidelicet artifices: Ita nō cōuenit Christū à quo quis prædicari, aut uirtutem à quo quis laudari. Laus à laudatis profici scitur.

Vt gemma minutula quædam res est, sed ingētibus tamen saxis anteponitur: Sic homo pusillus, sed inge- rō ualens: aut sic philosophia seu uirtus ostentatione minimum quiddam est, sed precio maximum.

Vt æra Corinthia casus fecit, & pictoribus illis, qui & canis spumam, quas ars assequi non potuit, caus expressit: Ita multa forte obtingunt, quæ nullo consilio potueris efficere.

## 218 D. ERASMI ROT. SIMILIA

**Sapiens.** Nemo tā insanus, ut uel ē Neronis capedine quā Plinius trecētis seftertijs æstimat uenenum bibere malit, quām ē samio uascolo uinū innoxiū: Ita q sapit, malit salubria præcepta uiuēdi qualicūq; fermōe pposita, q pestiferas opinōes ab eloquētissimo scriptore haurire.

**Affens** Vitrum mire crystallū imitatur, res uiliissima, rem longe preciosissimam: Ita assentatio amicitiam imitatur, res pessima longe optimam.

**Rupta** a. Ita difficillimum eos reconciliare, qui ex arctissima amicitia miliaritate in mutuum odium uenerint.

**ægre sarcitur.** Ut natura gemmas altissime recōdidit, uilia paſſim

**πονητατά** obvia sunt: Ita quæ sunt optima, pauciſſimis nota sunt, nec nisi ſummo studio eruuntur.

**φιλότητος μή** Ut succina paleas ad ſe trahūt, magnes ferrū, chryſo colla aurū: Ita quisq; aſciscit ſibi ſuis aptum moribus.

**της.** Ut indomita uis adamanti, unde & nomē additum gēmæ, adeo ut nec caleſcat igni, nec ferro cedat: qui Sapientis magis ictum ita reſpuens, uti ferrum ſimile & incude animus, diſilient: Sic Sapientis animus aduersus omnem fortitatem ſequentis impetum inuictus.

**Blanditia** Quemadmodum adamas aduersus omnia inuictus, hircino ſanguine, eoq; calido ac recenti maceratus, malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla ui perueritas, blanditia emollienda ſunt.

**Māſueſa.** Adamas una re mollescit ad ieiulus ferri, aliás indu-

Eta feritas

mittu

mitus: Ita nullum est ingenium tam ferum, quod non  
illiquaratione queat expugnari.

Quemadmodum si ferrum inter adamantem pos-  
tus & magnetem, diuerso nisu nunc huc, nunc illuc fer-  
ur: Ita dubius animus nunc ad honesta rapitur, nunc  
ad diuersa trahitur affectibus. Dubius  
animus.

Vt adamas si iuxta magnetem ponatur, non pati-  
tur abstrahi ferrum; aut si admotus magnes apprehe-  
nerit, adamas è diuerso rapitatq; aufert: Ita pecuniae <sup>pias pruritis</sup>  
studium dissidet cum Christiana pietate, & modis omni-  
bus auocat, nec sinit adhaerescere Christo.

Sicuti Nero princeps gladiatorum pugnasスマ  
gdo spectabat: Ita quidam malunt diuorum imagines, Cupidi-  
quām ipsos diuos animo contemplari. tas.

Vti ferrum aut chalybs cætera quidem duritiæ rigo-  
re, superat, ab adamâte uincitur: Ita res quidē potens Pietas in-  
est amor in liberos, sed hūc quoq; supat pictas in deū. deum.

Vt adamas si frangi cōtingat malleis, in minutissi-  
mas dis̄ilit crustas, adeo ut uix oculis cerni queant: Ita  
arctissima necessitudo si quādō cōtingat dirimi, in sum-  
mam uertitur similitatē: & ex arctissimis foederibus,  
issemel rumpantur, maxima nascuntur dis̄idia. Aut Lenitas  
upra modum incandescit semel uicta lenitas. uicta.

Sicut animantia quædam etiā corporis partes am-  
utant, ob quæ periclitari se seculunt, ueluti fiber: Ita Opum ia-  
viētis est aliquādō facultatū iactura, uite consulere: cōtura.

*Geologia.* Quemadmodum in opalo gemma, multarum gēmā  
rū dotes eminēt, nēpe carbunculi tenuior ignis, amethi-  
sti fulgens purpura, smaragdi uirens mare, cūctaq; hæ-  
pariter incredibili mixtura lucetia, ita multorū uirtu-  
tes in uno hoc eminēt: aut in sacrīs literis simul inueni-

Fucus ui- tur, quicqd apud ullos ethnicos scriptores placere pōt.  
tiōrum. Opalum gemmam indiscreta similitudinc adulter-  
ant Indi, experimentum in sole tantum: Ita uirtutes

quædam uitia sic imitantur, ut difficillimum sit digno-  
scere, nisi ad summam lucem proferantur.

Persuasio ignem non sentiant, unde ex apyristæ dicti: Ita quidā  
inanis. pietatis opinionem ex imaginem obtinent, cum à re-  
sint alienissimi.

*Præfra-  
ctus ani-  
mus,* Anthraciti carbuncolorum generi peculiare est, ut  
coniectus in ignem, uelut inter mortuus extinguantur,  
contra aquis perfusus, exardescat: Ita quosdam contra-  
ria mouent: si exhorteris, magis languescunt: si dehorteris,  
magis accendūtur: si bene mercaris, redditur ini-  
mici: si male, pluris te faciunt.

*Obscura  
virtus.* Iris gēma nō nisi in opaco reddit colores arcus cœ-  
lestis, nec ita ut ipse habeat in se, sed parietibus illidat,  
in sole coloribus caret: Ita quidā uaria uirtutū simula-  
tamē in aliorū animis ueluti representant ac gignunt.

Vt his gēmis summū est preciū, quæ non modo ua-  
riestate

rietate colorū delectant oculos, & nares odore, uerūe- Liber or-  
tiam ad remedia sunt efficaces: Sic his libris summū est ptimus,  
precii, qui nō solum habent orationis illecebras, uerum  
& salubribus præceptis nos liberant animi uitijs.

Vt quidam gemmas quasdam secum ubiq; circumfe- Philoso-  
runt aduersus morbos, maleficia, ebrietatem, tonitrua,  
ruinas, cæterāq; mala: Ita quedam philosophiae decre- phia ani-  
ta semper ad manum habenda aduersus incursuros ani mi mor-  
morum, libidinem, iracundiam, ambitionem, auari- boscurat-  
ciam, & his consimiles.

Draconites nec poliri potest, nec artem admittit,  
alioqui elegans ac translucens: Ita diuina scriptura su  
um habet nitorem, nec artificium philosophiae aut rhe  
torices admittit.

Quedam gemmæ aceto maceratae nitescunt, ple- Corre-  
raq; melle decoctæ: Ita quosdam meliores reddit acris etio uaria  
obiurgatio, quosdam admonitio blandior.

Facilius insculpes gemmis que uoles, si terebra fer  
ueat: Ita magis mouebit orator, si nō solū acriter dicat, Orator.  
sed ferueat, & amet id qd' laudat, oderit qd' uituperat.

In Chio Dianæ facies est in sublimi posita, cuius  
uultus intrantibus tristis, excuntibus exhilarata uide-  
tur: Ita sordidi quidam adeuntem amicum tristes acci Sordidus,  
piunt, timentes ne quid petat, aut ne sumptum adferat  
conuiua: at alacres dimitunt abeuntem.

Yt ingētes obelisci magno quidem negocio statuun

H 5 tur er

**tur & collocatur ob immēsum molis pōdus, sed collocat Fama** tū semel, infinitis durāt seculis: Ita arduum est uirtutis uirtutis. aut sapietiae parare famā, sed paratenunq; intermoritur

**Ratio & tolli possunt, machinis facile tolluntur:** Ita quod ui ne-  
ars. queas efficere, ratione & arte facile efficias.

**Vt obeliscis prægrandibus tantum fermè substerni-  
tur intra terram, quantum extat ut immoti cōstant:**  
**Fundamē** Ita semper mansuē famæ magna firmaq; fundamenta  
tum. sint oportet.

**Superua-** Stulte reges Aegyptiorū operā populi ac pecunias  
cuus la- in substruendis pyramidibus cōsumebant, quæ nihil ha-  
bor. bebant præter stultā & ociosam ostentationē, cū idem  
in rebus utilibus fieri potuerit: Ita quidā elaborant in  
difficillimis cæterū infrugiferis, hoc ipsum præclarum  
existimantes, quod in laborioso negocio uersantur.

**Rarasunt** Sicut pyramidis quam Rhodope meretricula Aesopi  
chara. conserua construxit pecunia corporis quæstu collecta,  
maiori miraculo famaq; fuit quam cæteræ regum pyra-  
mides: Ita uehementius miramur, si quid recte faciunt,  
à quibus tale nihil expectabatur: ueluti si quis Hollan-  
dum uideat peritum equitem: aut frugalem Anglum,  
aut theologum eloquentem.

**Vt labyrinthos nō oportet ingredi sine filo, quo secu-  
Præmedi** rus possis redire: ita nō est suscipiēdū negociū, nisi prius  
eatus ani- perspecta ratione, qua te possis inde rursus explicare.  
menus. vt in

Vt in admirandis operibus, sed in utilibus, maior est laus artificis, cuius arte res confecta est, quam regis, Gloria cuius impendio: Ita belli gloria maxima ex parte p[ro]p[ri]e belli. nes militem est conducticium, quorum industria geritur res: minima pars ad reges reddit, qui aliena etiam pecunia militem conducunt.

Vt Diana Ephesiē tēplum uiginti annis à tota Asia tot regū impēdio, tot artificū ingenījs cōfēctum, Herostratus obscurus homo nocte una poterat exurere: Ita Demolitum est urbes egregias bello demoliri, at ædifica re difficillimum.

Quēadmodum ædificia in palustri solo posita, nec terrēmotu quatuntur, nec hiatu absorbentur: Ita humilis fortuna non est maximis malis obnoxia. Fortuna humiliſ.

Sicut echo non sonat nisi cōredit acceptā uocem: Ita nōnulli quicquid in ipsos dicitur, in alterū regerūt: Inopia aut nō habent quod dicant, nisi dicta referant aliena. uerborū.

Vt Olympiē porticus uocē acceptā arte septies redit, unde heptaphonon oppidani uocant: Ita quosdam Vindicta si uno tangas conuicio, sexcenta regerūt: aut si paucis ad loquendum prouoces, garriendi finem non faciunt.

Vti magnes nō quiduis ad se trahit, sed ferrū dunta xat, cū sint alia multo leuiora: Ita quorundā oratio nō mouet omnes, sed iam propensos ad id quod illi suadēt. Oratio.

Vt quidā magnetes ferrū attrahunt, at theamedes, qui in Aethiopia nascitur, ferrū abigit, respuitq; : Ita est musi

**Musice** est *musices genus*, quod sedet affectus, est quod incitet.  
fectus. **Vt magnes** occulta quadam & incognita uifer-  
**Sapientia** rum ad se trahit: ita sapientia secreta quadam ratione  
trahit ad se animos hominum.

**Princeps** **Vt equus** strigosus imputatur non equi culpe, sed  
occasio equisonibus: Ita populus male moratus episcopis aut  
mali po principibus.

**puli.** **Vt magnes** ad se trahit omne ferrum sed Aethiopi-

**Rex.** **cus magnetem** quoq; alium ad se rapit: Ita rex popu-  
lum quo lubet, cogit: At ingens aliquis rex etiam regis  
bus cæteris uim facit.

**Acquisi-** **Gagates aqua infusa incenditur**, oleo restinguuntur:  
**tio amici.** **Ita quidam** quo magis roges, magis frigescunt: si negli-  
gis, ultro cupiunt. Aut sunt quos officijs alienes, negle-  
ctu prouoces ad amorem.

**Concor-** **Vt lapis è Scyro fluctuat integer**, sedit cōminutus;  
dia. Sic res discordia pessum eunt, concordia sustinentur.

**Beneficiū** **siphnus lapis oleo excalfactus durescit**, alioqui mol-  
liſsimus: Ita quosdam benefactis reddas deteriores.

**Præposte-** **Quæadmodum de Carthaginensibus dictū est**, quod  
rus usus. **ad tecta pice**, ad uina calce uterentur: Ita quidā præpo-  
stererebus utuntur, amicis asperi, supplices inimicis,  
Carthaginenses pice linebant parietes, cum uasa picari  
soleant, & musta calce condiebant. autor Plinius:

**Adfectus** **Calx aquis accenditur**: ita quosdā cōtraria mouēt.  
**Institutio** **Gypso madido statim utendum**, quod celerrime sic-  
cetur

cetur: Ita statim fingenda literis ac moribus etas ru-  
dis, priusquam durior non admittat fingentis manum.

Gypsum etiam si iam induruit, tamen tundi rursum Dissimile  
& in farinam resolui potest: Simulatq; semel induruit Institutio  
ingenii adolescentis, etate, uitijsq; non potest refingi. sfera.

Vt uirum quia pellucidum, nihil cœlat: Ita quidam Incōtinē-  
nihil tegere, nihil dissimulare norunt, quicquid in ani- tia lingue  
mo est, id protinus omnibus palam est.

Vt ijs qui cœcutientibus sunt oculis, quiuis locus ob-  
scurus est, propterea quod caliginem secum in oculis Indocti iu-  
circumferunt: Ita parum cruditis, omnis liber, ac stilus diciū.  
difficilis est & obscurus.

Sicut ignis in omnibus officinis omniū artiū & ope Charitas.  
rū est instrumentū: Ita sine charitate nihil recte geritur

Vt uirum copia uiluit, alioqui nec auro nec argen- Sacerdo-  
to cessurum: Ita sacerdotes ob turbā minoris fiunt, ma- tū copia.  
gno in precio futuri, si singulæ ciuitates singulos habe-  
rent sacerdotes, ut olim.

Sicut primum pictura cœpit ab umbris & lineis,  
deinde monochromata, mox accessit lumen & umbræ  
una cum colorum uarietate, donec ad summam artifi-  
cij peruenit admirationem: Ita uirtus in nobis non sta Virtus.  
tim absoluta nascitur, sed paulatim quotidianis aucti-  
bus ad summum perducitur.

Vt non est optima imago, quæ materia testatur opes  
locatoris, aut artem pictoris, sed quæ rem proxime rea-  
presen-

**Eloquen-** presentat: Ita optima est eloquentia quæ non ostentat  
cia. ingenium dicentis, sed rem aptissime ostendit.

Vt Zeufis picturus Iunonē, Agrigentinis omnibus  
uirginibus inspectis, quinq; præcipuas elegit, ex quibus

**Imitatio.** quod esset in unaquaq; præcipū, imitaretur: Ita è plurimis optimi nobis ad exemplū uitæ, aut dicendi propo  
nēdi sunt, nec in his tamē reddēda sūt omnia, sed optima

Vt nō quiuis pictor quauis in parte artis ualeat, sed  
**Gratia di** hic in dijs exprimendis præcipuus, aliis in uultibus red  
spar, dendis, aliis in lineis excelluit, aliis in colorum mixtu  
ra, aliis in synimetria: Sic qui uirtutē profitentur, alijs  
dotibus enitent alijs item in eloquentia seu literis.

**Odiū amī** Qui ex balneo calent, uehementius frigescunt, &  
corum. aqua frigidior esse solet, quæ prius caluit: Ita uehementius  
sese oderunt, qui prius fuerunt amici, & scelerato  
res sunt qui à pia uita ad impiam se transtulerunt.

**Pius.** Vt hyeme media Alcyones summa fruuntur tran  
quillitate, & hanc etiā alijs cōmunicant: Ita cū maxi  
me sēuit fortuna, tū maxime animitrāquillitate fruun  
tur pijs, & hanc in alios quos possunt transfundunt.

**Dives** Cum asinus ipse sit ἀμυσότερος, ex obibus tamē  
huius optimæ fiunt tibiæ, ut ait Aesopus apud Plutar  
chum: Ita diuites quidam ipsi indocti, tamen pecunia  
sua suppeditant ingenium studiosis.

Plutarchus testatur se uidisse in Africa coruos, qui  
lapillos in aquam aggesserint, donec aqua eō surgeret,  
ut con

ut contingi posset: Idem narrat de cane conijcente la Compens  
pilos in amphoram oleariam: Ita nobis quod viribus satio ui-  
diminutum erit, ingenio supplendum est. rium.

Formicæ triticum arrodunt ea parte, qua germina  
re incipit, ne sibi reddatur inutile: Sic potentes quo mi-  
nistris perpetuo utantur, premunt, ne si emergerint tæ-  
dio seruitutis, relinquant aulam. Custodia  
seruorum

Bucephalus Alexandri Magni equus, quoties nu-  
dus esset, equisonem in tergum admittebat, ornatus re-  
gijs phaleris neminem ferebat nisi regem ipsum, in reli-  
quo omnes ferociebat: Ita quidam tenues quemuis se-  
runt, diuites facti despiciunt vulgares. Cū sorte  
& mores mutatur.

Vt Timanthes qui Iphigeniam pinxit, cæterorum  
affectus expressit, Agamemnonis autem uultum uelo  
obtexit: Ita quedam melius relinquuntur suo cuiq; iu-  
dicio estimanda, quam uerbis explicantur. Nō teme-  
re iudicā-  
dum,

Vt laudatur in hoc Timanthes, quod in omnibus  
eius operibus plus semper intelligitur, quam pingitur:  
Ita optimum orationis genus, in quo plurima cogitatio Oratio.  
ni relinquuntur, pauca narratur, & plus inest sensu,  
quam uerborum.

Notatus Protagoras, alioqui summus in pictura ar-  
tifex, quod nesciret manum tollere de tabula: Ita qui-  
dam scriptores immodica diligentia peccant, quibus tas-  
nihil unquam satis emendatum uidetur. Curiosi-

Quemadmodum Protagoras pictor Apellem ex  
unica

**Respoſio.** unicā linea cognouit, nunquam alioqui uifum: Ita et unicō reſponſo ingenium & prudentiam uiri deprehendet, qui ſit ipſe ſapiens.

**Christia-** *Vt Apelles pictor queri ſolitus eſt, periſſe diem in*  
**nus.** *quo non duxiſſet lineam: Ita Christianus dolebit, ſi quo die non euafit ſeipſo melior in pietate.*

**Humile** *Vt signa quēdam argillacea ſummo in precio fue-*  
**opus.** *runt, ob admirationem artis: Ita nōnunquam res humili*  
*ac nihil, ingenium oratoris commendat.*

**Animus** *Vt gypsum, aut argilla dum eſt uida, in quamuis ima-*  
**rudis.** *ginem facile ſequitur fingenis manum: Ita rudes ani-*  
*mi ad omnem disciplinam ſunt idonei.*

**Studium.** *Vt quod maiore negocio chalybi aut marmori in-*  
*ſculpſcris, durat diutius: Ita quod maiore studio diſci-*  
*mus, nunquam obliuiscimur.*

**Opus Ion** *Vt illud opus eſt laudatiſſimū, in quo ſimul & ars*  
**ga uita di** *cōmēdat materiā, & materia uiciſſim arte: Ita liber eſt*  
**gnum.** *optimus, in quo & argumenti utilitas cōmendat elo-*  
*quentiā, & autoris facundia cōmendat argumentum.*

**Ambitio** *Aecius poeta cū eſſet ipſe admodū breuis, tamen in*  
**sus.** *æde Camœnarū maxima forma ſtatua ſibi poſuit: Ita*  
*quidā re uiles et humiles ambitione ſucoq; dilatāt ſeſe,*

**Malū con** *Vt Perillus qui Phalaridi taurum donauit æcum*  
**ſilium.** *ſuo periſſe inuenio: Sic aliquoties malum conſilium in*  
*caput autoris redundat.*

*Vt philofophus miſſa lingua uictimæ, rem ſimul &*  
*optimam*

optimam & pessimam misit: Sic opes optimæ sunt si Opes,  
recte utaris, pessimæ si secus.

Vt non ipse solum magnes attrahit, uerum etiam  
aliud ferrum ad se trahit ferrum magneti affictum:  
Ita contagio uis uirtutis, aut improbitatis pernicies ab Cōtagiū.  
alio in aliud transit.

Vt à Scribus molliſſima uellera, et ab iſdē durissimū  
ferrū mittitur: Sic à quibusdā diuersa prōficiſcuntur.

Vt carboni ſemel exuſto ſuffocatoq; ſi denuo fla= gret, maior eſt uis: ita ſemel ſopitum odiūm, ſi rurſum excandefcat, acrius eſt.

Sicuti terra quæ auri aut argenti uenas habet, in cæ teris ferè ſterilis eſſe conſueuit: Ita qui congerendo stu dent auro, eiusq; metalla iam conceperunt in animo, nullam bonæ rei frugem producere conſueuerunt.

Raro auri & argenti uena reperitur, niſi alia non procul ſit, unde et Græci nomen indidere: Ita nulla uirtus ſolitaria eſt, ſed alia aliam adiungit.

Argentum cū ſit candidū, nigras tamē ducit lineas, ut ſtannū: Ita quorundam alia ſpecies eſt, alia facta. Fucus.

In argento uiuo omnia natant, excepto auro, nam hoc unū ad ſe trahit: Ita nihil inſidit animo auari, præ ter lucrum: discipline, literæ, probitas in ſummo flui tant, non deſcendunt in pectus.

Vt rem eandem diuersa ſpecula uarie reddunt, pro Quot ca forma ſpeculorum diuersa: Sic idem factum, diuersi uaſ pita tot.

I ric inter ſentētix.

Dispar ef fectus.

Recrude ſcēs odiū.

Auri ſa- cra famēs

Virtus.

rie interpretatur, pro animorū uarietate, qd' huic magnum est, illi paruum: quod huic pulchrū, illi scēdū erit.

**Imago** Ut speculū non reddit imaginē, nisi substernas uitā stannū, aut æs, aut aurum, aut simile quippiam solidū ueri. quod imaginē non sinat perfluere: Ita non nisi in ammis solidis, & uera uirtute nixis, relucet imago ueri.

Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atq; eū hominum cutē & pilos tingunt albo, nigroue: Ita re Vultus a- lucet etiam in ipso hominis uultu et fronte, quod aiūt, nimi in- quibus præceptis imbutus sit, & quibus ex autoribus dex. hauriat uitæ rationem.

**Gallus Phrygiæ fluuius**, si modice bibas, medetur corporis malis, si immodice, lymphatū animum agit: Ita si **Philoso- philiae stu-** philosophia literas modice attingas prosunt, si totum dium, te illi addixeris studio, sanitatem mentis auferunt, & inanis gloriæ furore quodam præcipitem agunt.

In Bœotia ad Trophonium deum iuxta flumen Ochomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam Ingēs bo- alter obliuionem adserit: Ita ferè magno alicui bono- num. magni mali periculum est uicinum.

Vt qui sapiunt, non statim è quo quis bibunt fonte Delectus propterea quod alijs salutem adserunt, alijs perniciem lectionis. nonnulli furorem: Ita non est tutum quemuis librum euoluere, quod ex alijs haurias affectum animi bonum, ex alijs libidinem aut ambitionis insaniam trahas.

**Qui biberint ex Clitorio lacu**, ijs uini tædiū obori-

Ita qui semel gustarint poeticen, abhorret a philo- Amor  
sophiae preceptis, aut contra: siue qui se mundanis uo poetices,  
luptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac  
ueris obiectamentis.

Apud Trogloditas lacus est, qui ter in die fit ama-  
rus aut falsus, ac rursum dulcis, totiesq; etiam nocte, un-  
de et insanus dictus: Sic quidam inaequales, nunc aspe Incōstan-  
ti, nunc sunt blandi, aliquādo profusi, mox sordidi, iam tia.  
uehementer amant, iam supra modum oderunt.

Periculosiores sunt fontes, qui lympidis aquis blan-  
dientes oculis, tamē perniciē adferunt, minus formidan-  
di, qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas: Ita dif-  
ficilius uitantur mala, quæ boni prætextu fallunt.

Sicuti terra quæ uenas aquarū occultat, nebulam  
quandā exhalat ante solis ortū, lōgius intuentibus: Ita  
qui uere boni sunt et eruditi, etiā si nō ostentēt, tamē  
semper aliquid ex se produnt, unde qui obseruet, depre-  
hendere possit subesse uim boni.

In Narniēsi agro terra imbre fit siccior, æstu hume-  
scit, unde Cicero iocatur illic ex imbre puluerē, ex siccitate  
fieri lutū: Ita quosdā admonitio reddit deteriores.

Garus ambusta et infusa medetur malis, sed si inte-  
rim Garum non nomines: Ita quedam beneficia bene-  
ficia non sunt, si commemores.

Terra quæ gignit salē, nihil aliud gignit: Sic ingenia Ingenuū  
sœcūda in literis, in ceteris ferè rebus nō perinde ualeat præstans.

Præte-  
xtus boni

Eruditus.

Admoni-  
tio.

Comme-  
moratio  
beneficij.

Fons in quo nitrum nascitur, nec aliud quicquam g  
Philoso- gnit, nec alit: Ita sapientiae studium, totum hominis a  
phia nimum sibi uendicat.

Spongij adeo tenues sunt sensuū note, ut multi du  
Libertas bitent animalia sint, nēc ne: Ita quorundā is cultus est  
uiuend: is sermo, ea uita, ut dubites Christiani sint, an ethnici  
Antiqui- Sicuti sal modice cibis aspersus condit, & gratiam  
tas. saporis addit: ita si paulū antiquitatis aut ioci admis-  
cueris, oratio fiet uenustior, si plus satis, nihil insuauiu  
Quādmodum echeneis siue remora pisces perpusi  
Scortum, lus (est autē magne limaci similis) quamvis magnam na  
uum uelis ac remis incitatā subito sifit: ita scortulum  
aliquoties adamatum ingentes animi ad honesta impe  
tus retinet alligatō.

Torpedo pisces haud nocet nisi cō tactu, sed uirus suū  
Cōsortiū etiā ab ære per linū, & arundinis internodia ad pisca  
malorum toris manū mire transmittit: Sic improbi ac pestilentes  
haud nocent, si nihil cū illis habeas cō mercij, uerū qua  
cunq; consuetudine contacti morū uenena afflant.

Lepus pisces homini certissimum est uenenum, &  
Hostes. homo uicissim illi, adeo ut uel digitulo contactus, sta  
tim emoriatur: Ita hostes mutuam utrinq; pernicem  
dant, & accipiunt.

In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis: Si  
Lapsus in declive iter in uitia, redditus ad meliorem frugem non  
uitia. perinde facilis.

Murena

Murena fuste non potest interimi, ferula protinus: Ita quodā leue incōmodū exanimat, ut conuicium, qui Imbecil  
grauissimas fortunæ procellas infracto tulerūt animo. litas ani  
mi.

Murena non in capite, sed in cauda animam habet: Ita quod charissimum est, nō ibi recondendum, ubi sta Custodia  
tim periculis sit obnoxium.

Vt pisces in mari nati educatiq; nihil tamen sapiūt Ingenuus  
filiis marini: Ita quidam inter barbaros geniti & edu- animus.  
ti, longe absunt ab omni barbarie.

Vt Magi, uerbis etiā nō intellectis, prodigiosa que  
dā efficiunt: Ita sacerdotes nōnulli precibus nō intelle Præcatio  
ñis, bona tamē fide pronūciatis, deū cōciliāt ac mouēt. Consulta  
Vt Apion Homerum ab inferis euocatum, nihil a- tio inepta  
lud interrogauit, quām quibus parentibus genitus es-  
set: sic quidam grauissimorum uirorum concilio cōuo  
cato, de meritis nugis consulunt.

Vt Magi prodigiosa quædam promittunt, ijsq; pro  
missis uulgus credulū alliciunt: Ita principes maxima Spes:  
rum rerum spes ostentant, ut sibi reddant addictos.

Vt in magicis artibus uulgus hoc magis admiratur, Admira  
ur, quo minus percipiunt rationē, cur illa aut illa tam Admira  
bſurdā prescribantur: Ita quidam magis admirantur  
ut ilum aut carmen quod non intelligunt.

Quemadmodum medici quo doctiores uideantur,  
diuersas rerum species ex diuersis mundi partibus pe  
titas, inter se commiscent. Ita quidam ostentatores ora  
tionem

I 3 tionem

**Iudicium** tionem parum eruditam uideri credunt, nisi ius Cesa  
iners, reum ac Pontificum, poetas, oratores, philosophos, so  
phistas simul commiscuerint, & pluribus autoribus ac  
literis confarcinauerint, quem Mithridaticum ferunt  
fuisse concinnatum: Id constabat quinquaginta qua  
tuor diuersis rerum generibus.

Vt periculosest dæmones euocare, propteret  
**Cōuictus** quod si qd erratū fuerit, magno conātis discrimine fiat.  
principū. Nam aiunt Tullum Hostilium ielum fulmine, quod ex  
Numæ libris Iouem deuocare conatus, quædam parū  
rite fecisset: Ita periculosest cum principibus habe  
re cōmercium, aut cum morosis potentibus, quod offen  
si re qualibet leui, funditus subuertant hominem.

**Sacerdos** Quemadmodum magi sibi consciij fucum esse quod  
impius. promittūt prodigiosis quibusdā ac præscriptis ceremo  
nijs de mētant ac territant infirmiores: Ita quidā sacer  
dotes cū procul absint à uera pietate, ceremonijs inuol  
uunt indoctos, quo plebē sibi magis habeāt obnoxiam.

**Philoso** Vt auguria & auspicia non ualent nisi ijs, qui que  
phia. runt & obseruant: Ita precepta philosophie non mu  
tant nishos, qui meliores fieri student, & hoc animo  
ad legendum accesserint.

Crocodilus iniuctum alioqui & perniciosum ani  
mal, tamē Tentyritas adeo metuit, ut ad uocem etiam  
**Tyran.** expauescat: Ita tyranni cum omnes contemnant, tamē  
nus, cruditorum literas subtiment.

Vt quoru

Vt quorundā hominū etiā aspectus fascinū habet: Vita cor-  
ita sunt quorū omnis uitæ consuetudo mores inficit. *rupta.*

Vt Psylli non solum ipſi non lēduntur à serpētibus  
uerum ex alijs uenenum exugūt: Ita uere philosophus, *Philoso-*  
non modo ipſe nō tangitur uitijs, sed aliorum quoque  
morbis, oratione, uitaq; sua medetur.

Semel iclī à scorpio, nunquā postea uespis, crabroni Incōmo-  
bus, aut apibus feriuntur: Ita nullum est incommodum, di fructus  
quod non commoditatis aliquid habeat adiunctum.

Vt qui à cane rabido morsi sunt, non solum rabiunt  
ipſi, uerum etiam alios cōtagio inficiunt: Ita qui pesti Cōtagiū.  
lentem alicunde imbiberint opinionem, & alios suis  
inficiunt colloquijs.

Vt efficacissima remedia nata sunt ex morbis pefsi: Legū cau-  
mis: Ita bonæ leges ex malis prognatæ sunt moribus. *sa.*

Sicut ex uipera, crocodilo, cæterisq; nocentissimis  
bestijs medici remedia quædam aduersus uenenorum  
noxam ac morbos efficacia querunt: Ita animaduersio Animad-  
in nocentes, multos uel arcet, uel reuocat à facinoribus uersto.

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nūc  
in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur & insi-  
diatur: Ita quidam simul & aulici sunt, & ecclesiasti Aulicus.  
ci, utrobiq; pestilentes.

Chamæleon quia pauidissimum animal, subinde co Vires ars  
lorem mutat: Ita qui uiribus non pollut, ad uarias ar cōpensat.  
tes configuant necesse est.

**Lynxes** clarissime omnium animantium cernunt,  
Obliuio. sed mira illis obliuio rei ab oculis scotæ: Ita quidam  
lus. acri ingenio, sed obliuiosi.

**Quædā remedia tristiora** sunt ipso morbo, ut satius  
sit oppetere morte, quam bis a cupari salutē: uelut su-  
gere sanguinē ē uulnere recēti gladiatorū morientū:  
Ita quādoq; satius est ferre iniuriā, quam maiore incom-  
modo uelutī: ferre pacem, etiam si parum commodam  
aut æquām, quam bellum cū immensis malis suscipere.

**Patiētia.** **Scorpius** letale uenenum habet, econitum letalius,  
tamen hoc in potu datum aduersus scorpiorum iclus  
Malū ma- remedium habet: Ita dum uenenum cum ueneno collu-  
lo pellitur flatur, seruatur homo: Itidem duorum pestilentium ci-  
uum discordia, nonnunquam reipublicā saluti est.

**Cōuictus** Aconitum etiam contactu necat: Ita quorundam  
conuictus protinus inficit, aut si uel tantillum cum illis  
malorum inceptes commercij.

**Salubria** Olim in capitolio certabant quadrigæ Latinis fe-  
præstant rijs, uictor absinthium bibebat: Ita salubria magis qua-  
suncidis. renda sunt quam iucunda.

**Amicus.** Sorba quæ magis blandiuntur specie, uenenum ha-  
bent: Ita blandiores amici magis cauendi, quam tristes  
atq; afferi.

**Leuitas** Empertron herba, Latine calcifraga, quo propius  
uitæ. abest à mari, hoc minus est falsa: quo longius, hoc ama-  
rior est: Ita quidam apud Gallos Germaniam spirant,  
apud

apud Germanos Galliam, & quo longius absunt hoc  
magis referunt eam gentem.

Vt optima remedia maxime perniciem adserunt, ni-  
si apte sumantur: Ita Christi sacramenta salutaria re= Sacra-  
menta. **Herbæ salutares** cōsuetudine perdūt medendi uim:

Ita admonitio si assida sit, non emendat affuctum iam Admoni-  
tio. obiurgationibus.

Vt qui ante uenenum sumunt antidotum, nō ledun Animus  
tur ueneno: sic qui salubribus opinionibus ac decretis bene præ  
confirmarint animum, non inficiantur oratione malo paratus.  
rum, si forte in eos inciderint.

Vt Mithridati cotidie sumenti uenenum, consuetu-  
dine factum est innoxium: Ita mala quibus affueveris, Consuetu-  
do. non offendunt.

Vt suus cuiq; morbus uidetur atrocissimus: Ita suū Dolor.  
cuiq; incommodum maxime dolet.

Vt herba moly difficile quidem effuditur, sed ad re= Novorata  
media præter cæteras efficax est: Ita quæ præclara sunt καλαί,  
non contingunt nisi magno negocio.

Vt inter salutares herbas nascuntur & uenena: Ita Delectus.  
ex autoribus quæ recte dixerint sunt excependa.

Vt elleborū concitatis intus omnibus, ipsum in pri-  
mis exit: Ita dux fortis adhortatus suos inter primos Dux for-  
midat in hostē, uelut inquit Herophilus, autore Plinio tis.

Vt elleborum si parcias sumas, magis offendit quod

Increpat inhæreat uisceribus, inficiatq; corpus: si copiosius, eructio uehe pat celerius: Ita non est obiurgandus amicus, nisi ea ue mens, bementia, quæ uitio liberet illius animum. Nam leuior expostulatio contrastat amicitiam nullo fructu.

Vt elleborum tametsi efficax, tamen medici uetant Admoniti dari senibus, aut pueris, aut exilibus: Ita admonitio siccio: est temperanda, ut ferre possit quem uelis emendare, nec solum spectandum est uitium, sed natura quoque eius cuius uitio studeas mederi.

Vt uulgus ineptum magno labore, magnoq; impendi Labor ir dioremedia ab extremis Indis, aut Aethiopibus petūt, ratus. cum in hortis nobis nascatur, quo morbis mederi possimus: Ita præsidia beatæ uite magno molimine foris querimus, in imperijs, in opibus, in uoluptatibus, cum in animo sit, quod nos beatos efficiat.

Incauta Climenos herba ita morbo medetur, ut sterilitatem fuga uitij adferat etiam in uiris: Ita quidam malum aliquod ita profligant, ut aliud diuersum admittant.

Minor uis inest in radicibus herbarum salubrium Venus. cum semē maturescit: Ita deterior fit ingenij natureq; uis, quoties liberis gignen dis datur opera.

Herbam canariam canis ita mandit, ut homo non Inuidus cernat nisi depastam, & percussus à serpente aliam animus, quandam petit, sed eam non decerpit inspectante homine: Ita quidam disciplinas à se repertas cælant, ne prosint & alijs.

Lotos quā Latinī fabā Grēcā uocant, ramēta ligni  
habet amariſſima, fructum dulciſſimū: Ita conatus ad Aditus ad  
ſummam uirtutem durus est, fructu nihil ſuauius. uirtutem.

Vt uitis refugit braſicā, querqus abhorret ab olea,  
multo magis autem à nuce iuglande. (Nam uitis cum  
omnia complectatur, ſolam braſicām declinat, quer-  
cus ſi in ſcrobem oleæ depacta fuerit, emoritur: eadem  
et iuxta nucem iuglandem inareſcit.) Sic inter quaſ-  
dam nationes naturale diſſidium eſt, ut nullo pacto Odiū na-  
queant coalescere concordia: ut inter hos ferē, quos ma- turale.  
re aut alpes dirimerunt.

Vt Democritus medicus Confidiæ mulieri, omnem  
curationem auſteram recuſanti, lac caprarum dedit,  
quas lentisco paſcebat. Sic ijs qui prorsus à tetricis phi- Institutio  
losophiæ præceptis abhorrent, fabellæ quædam amœni-  
ores proponendæ, ſed quæ philosophiam resipiant.

Ferula ſolis aſinis gratiſſimū eſt pabulum, cæteris animantibus trahit  
præſentaneum uenenum: Ita ſæpe quod ſua quēq;  
alios offendit, alijs uoluptati eſt. uoluptas.

Hedera pota neruis nocet, eadē foris adhibita pdeſt:  
Sic philosophiā ſi penitus imbibas, nocet ad pietatem, ſi Philoſo- phia.  
leuiter et ueluti foris admoueas, prodeſt ad eruditioñē.

Arundinis radix contrita et imposta, filicis stirpē  
corpoře extrahit. Item arundinem filicis radix: Ita ui φίλος τερψία  
ciſſim et pecuniæ ſtudium eximit animis amorem fa-  
pientiæ, et ſapientia ſtudium pecuniæ.

Rhodo-

Rhododaphnes arboris folia quadrupedibus uenena sunt, hominibus præsidia aduersus serpentes: Ita diuinæ literæ sobrijs ac prudentibus salutarem præbent alimoniam, stultis autem & impijs hæreseos, & maioris impietatis ministrant occasionem.

Vt quod nulla ui efficias, id aliquoties fit herbæ suc Monendi co, si modo quam oportet adhibeas: Ita quosdam māratio. gis permoueris apta quām uiolenta orationē.

**Modus.** Vino modico nerui & oculi iuuantur, eodem copio siore lædūtur: Sic literis modice gustatis adiuuatur uita, eadem læditur, si quis immodeice incumbat.

**Experien-** Sicuti uina & poma subacerba, uetus late mitescūt, cia. dulcescuntq; : Sic ætatis insolentia longo rerum usū mitigatur.

**πολύτροπος ἀνθρώπος.** Chamæleon herba mutat foliorū colores, cū terra in qua nascitur: hic nigra, illuc uiridis, alibi cyanea, alibi crocea, & alijs, alijsq; coloribus: Ita cōuenit hominem pro loco, in quo agit, uitæ habitū commutare.

**Assenta.** Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat partem, qua sol est, & eo cōdito, florem contrahit: Sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecuntio. dant, & in quocunq; uiderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi.

**Adianton** herbā etiā si perfundas aqua, aut immer Virbo. gas, tamē siccæ similis est: Ita in uirū bonum non hæret nus, cōtumelia, aut infamia, etiā si quis infamare conetur.

Vtin

Vt in rerum natura quæ spectatissime florent celer  
rime marcescunt, ueluti rose, lilia, uiole, cum alia du-  
rent: Ita in hominum uita quæ florētissima sunt, citissi-  
me uertuntur in diuersum.

Vicissi-  
tudo.

Vt rosa, flos unus omnium longe gratissimus, de spi-  
nis nascitur: Sic è tristibus, et aperis laboribus fructus Labor.  
capitur iucundissimus.

Crocum gaudet calcari, premendoq; melius proue-  
nit: unde iuxta semitas, et fontes lātiſſimum est: Ita uir  
tus aduersis exercita rebus, lātius emicat.

Virtus.

Vt nihil insidiosius melle uenenato(nā) sunt quæ dā  
huiusmodi) Ita nihil magis cauendum q blandus hostis

Blandus  
hostis.

Vrtica sine aculeis adurit, ac uulnerat sola lanugi-  
ne, soloq; contactu: Ita quidam non aperta ui, sed clan-  
culum nocendū uis.

Quemadmodum urtica, si contanter attingas ac ti-  
mide, adurit: sin premas tota manu, non adurit: Ita pe-  
cunia, si cautim circumspectimq; tractes, inficiet: sin  
contemptim ac neglegtim, innoxia est.

Vt radix, quam medici uulgo Rebarbarum uocāt, Clauus  
cum sit biliosa, tamē peculiari quadam ui bilem pellit: clavo pel-  
lit a fit nonnunquam, ut amor pellat amorem, ceu cla- litur.  
uus clauum, ira iram, & dolor dolorem.

Vt est quædam uenenorum contraria natura, sic ut  
se numero uenenum ueneno pellatur: Sic uitium ui-  
tio pellitur, & malus malo obijcitur.

Vt tu

Vt tutissimum est in trifolio cubare, quod in hac herba negent serpem affici: ita in his versandum libris, prouida, in quibus nulla uenena timentur.

Quemadmodum panace herba, una contra morbos Mors omnis habet remedium: Ita Christi mors una aduersus Christi, omnis cupiditates noxias efficax est.

Vt nepentes herba, ab Homero praedicata, additæ Mens, poculis omnem conuiuij triflitiam discutit: Ita bona mens insita nobis, omnem uitæ sollicitudinem abolet.

Vt acetum acre quidem gustu, sed aduersus serpentium ictus mire ualeat: Ita præcepta philosophiae austera quidem illa, minimeq; blanda, sed contra pestiferas animi cupiditates remedium adferunt presentaneum.

Medici uetant uti Halicaccabo, quanquam dentibus firmandis prodest, si eius succo colluantur. propterea quod periculum est, ne si diutius id fiat, deliratio nem gignat, & plus adferat incommodi quam commode Studium. Ita non est utendum his literis, quæ sic linguam expoliunt, ut mores insificant: aut non conuenit sequi, quæ sic augent rem, ut famam lèdant.

Sicuti nasturtium ad Venerem quidem reddit segnior Philosor. rem, sed animi uim acuit: Ita philosophiæ studiū corporis curam ac uigorem, ad animi uigorem traducit, ut hoc plus sapiat homo in rebus æternis, quo magis stupet ad ista corporea, crassaq;.

Quemadmodum in superioris Libyæ populis, quoniam

niam mulieres communes sunt, ut in Politicis testatur Aristoteles, filios iuxta similitudinem formarum par Cognitio tiuntur: ita confusis operum titulis, stili similitudinē, autoris, & orationis phrasin oportet spectare.

Vt qui comœdos audiūt, nō ob hoc audiunt, ut ipsi comœdi fiant, sed ut uoluptatem capiant: Ita nūc per Error. multi concionantem audiunt, non ut imitatione meliores fiant, sed uti delectentur.

Vt Pharmacopolæ bracteis aureis tegunt remedia quedā, quo pluris uendāt: Ita quidā lenocinio uerborū Falsa opinio nihil ad rem pertinentiū, rem cōmendari putant.

Sicut unda undam perpetuo propellit: Ita dies diem Tempus. trudit.

Vt à currente flumine tantum habes, quantum hauris: Ita ex annis semper eūtibus nihil accipis, nisi quod Fructus temporis in res duraturas collocaris.

Luna semel extincta subinde renascitur, et ubi con sensuit reiuuenescit: At homo nec renascitur mortuus, Homo nec repubescit senex.

Post hyemem denuo recurrit Ver: At post senectam Senecta. nulla recurrit iuuenta.

Sol post occubitum redit nouus, homo non item.

Vt flultum sit relictis fontibus consecrari riuiulos: Homo. Ita ineptum est, relictis Euangelijs, Lyre, & similiūm Studiū in somnia sequi.

Vt maximi medici, minores quoq; morbos optime sanant

**Præcessant:** Ita doctissimi præceptores, & minima optimi  
præceptor. docent.

**Vt lamiæ domi cæcutientes, foris nihil non uident:**  
**Alieni cu** Ita quidam in alienis negocijs plus satis oculati, in suis  
riosus. parum perspicunt.

**Inhumana-** **Ita impendio malignus sit, qui fontem scatentem ob-**  
**nitas.** tegat, aut solem obradiantem prohibeat, aut lumen re-  
cuset de suo lumine accendere, aut uiam monstrare gra-  
uetur: Ita uehementer sit inhumanus, qui prodeſſe no-  
lit citra ullum ſuum incommodum.

**Qlaxurix.** **Vt equæ confecta in aquis forma ſua, aguntur in**  
rabiem, autore Columella: Ita quidam nimium admi-  
rantes ſua, ad insaniā uſq; redduntur insolentes.

**Sophisti-** **Vt bonas cornua oneri ſunt tantum, nulli aut uſui,**  
**ca.** adeo ſunt in ſe reflexa: Ita Sophiste dialecticen habent,  
ſed qua neminem reuincere poſſint, adeo eſt intorta.

**Adulatio** **Pardus odoris gratia allectus feras inuadit, atq; occi-**  
dit: Ita quidam blandiloquētia irretitos fallunt, ac per-  
dunt. Sic principū aulæ habent, nescio quid blandum,  
quod inuitet in perniciem.

**Rapina.** **Qui tigridis catulos rapuit, bene ſecum agi putat, ſi**  
uel unū inſequenti matri auferat impune: Ita qui alie-  
nā inuafit poſſeſſionem, etiam ſi cogatur reddire, lucru  
tamen facit, ſi uel portionem aliquam retineat.

**In pantheris quod ſpeciosiſſimum eſſe oportuit, id**  
**cælandum eſt, ut placeat, reliquo corpoſe maculis pi-**  
eturato

durato: Ita in quibusdam omnia placent, præter uitā, Corruptā  
quod est totius negotij caput. uita.

Vt Tarandi cutis ferro impenetrabilis: Ita quosdā Fortitu-  
nihil queas dicitis lædere. do.

Hyene sicut & Ichneumon, nunc mas est, nunc fœ-  
mina: Ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, Incon-  
nunc mollia: nunc philosophi sunt, nunc nepotes: nūc stantia.  
amici, nunc inimici.

Vt Aſpalacus non niſi apud Bœotios uiuit ubi na- Inſcritia  
ſcitur, alio translatus perit: Ita quidam peregre uiuere ubiqꝫ exu-  
non poſſunt, nulla inſtructi arte. lat.

Chamæleon quoniam aura pascitur non cibo, ſem-  
per hianti eſt ore: Ita qui gloriolis & auris alütur po- Ambitio  
pularibus, ſemper aliquid captat quod famā augeat.

Amphisbena serpens utrinq; caput habet, & utrali-  
bet corporis parte pro cauda utitur: Ita quidā ancipi- Anceps  
tes, nunc hac, nunc diuersa ratione ſe tuentur, & cū eſt animus  
cōmodum ad ecclesiasticā libertatē cōfugiunt, cum ui-  
ſum eſt, principū prætextu rem gerunt, canonū obliti.

Porphyrius serpens uenenum habet, ſed quoniam Malus a-  
edentulus eſt, ſibi habet: Ita quidam male cogitant, ſed nimus ſi-  
quod deſit facultas nemini nocent. bi nocet.

Vt palma quia cortice ſit cultellato, diſſicilis qui- Itidem Eruditio.  
dem eſt ascēſu, ſed fructum habet dulciſſimum: Itidem  
eruditio & uirtus aditum habent diſſicilem, ſed fru-  
ctum dulciſſimum.

**Sapiens.** Sicuti mundus undiq; teres, ac rotundus sibi constat: Ita sapiens nihil extra se querit, seipso contentus.

Vt stultiſimū est cū huius mūdi, in quo nati sumus, naturā cognoscere non possumus, alios innumerabiles

**Curiositas alieni.** mundos foris quererere: Ita absurdum est neglegētiſ rebū domesticis, de alienis esse ſollicitum et curioſum.

**Princeps.** Sicuti deus cum nihil nō uideat, nihil tamen uidentiſ ſimilis eſt: Ita princeps nihil ignorare debet, multe diſsimulare.

**Pauciloquus.** Vt deus plurimum ſapiens, & intelligens minimū loquitur: Ita ſapiens non niſi necessaria loquetur.

**Respubli-  
ca.** Sicut ex contrarijs elementis mira harmonia temperatus eſt mundus: Ita diuersis hominum ſtudijs conſtat respublika.

**Mens la-  
tet.** Vt deus quo nihil eſt melius, minime appetet: Ita qđ est in homine optimū, nēpe mens bona, maxime latet.

**μαραχία.** Vt unus deus adminiſtrat uniuersa, ſed qui ſit optimus ac ſapientiſimus: Ita monarchia res ſit ſaluberrima, ſi detur deo ſimilis.

**Cuncta-  
tio ſenū** Vt orbium diuersus in contraria nifus, motum omnium temperat: Ita ſenū contatio, iuuenum in re publica feruorem, ac præcipitantiam moderatur.

**Princeps  
repectat.** Vt ſol non aliud eſt pauperi, aliud diuiti, ſed omnia bus communis: Ita princeps personam ſpectare non debet, ſed rem.

Vt idem ſol ceram liquefacit, & lutum indurat: Ita eadem

eadem oratio alios reddet meliores, alios deteriores Oratio:  
pro ingeniorum uarietate.

Quemadmodū Luna quo propior est soli, hoc mi-  
nus habet luminis: Ita plus fructus ac dignitatis est ijs, Otiū ab  
aula.

qui procul absunt à magnis principibus.  
Vt Solis defectus magnam mortalium perniciem  
trahit: Ita regis error etiam leuis, magnam tamen in re Regis er-  
bus humanis gignit perturbationem. rror.

Sicut Mercurius quām minimo spacio discedit à So-  
le, licet aliqui uagus & errabundus: Ita non oportet εξφορτηκός  
Αριφίλει.  
longius ab honesto discedere sapientem.

Vt cometes nouus apparens, aut magnum bonum,  
aut ingēs malum protendit mortalibus: Ita nouus prin-  
ceps salutem adfert rebus humanis si bonus est, maxi-  
mam pestem, si malus. Princeps  
nouus.

Vt plures apparere soles prodigium est: Ita plures πολυάρχια.  
esse monarchas, aut Imperatores.

Vt Luna quod luminis accepit à sole, mundo refun-  
dit: Ita donum à deo acceptum, in commodum aliorum  
est conserendum. Pietas.

Vt Castoris & Pollucis faces si solitarie appareant,  
dirū est ostentū: sin geminæ, salutare: Ita non oportet Potentia  
nocens.  
potentiā esse seiuētā à sapientia, aliqui pestilentem.

Vt Saturnus qui ex septē erronibus summū tenet lo-  
cū, tardissime circūagitur: Ita qui in summa constitui-  
tas princi-  
pium potestate, quām minime præcipites oportet esse. Maturi-  
tas princi-  
pē ornat.

**Subita fortuna.** Ut stellæ subito natæ, subito item euanescent, aut de cidunt: Ita qui repente subuehuntur ad summos honores, cito precipitari solent.

**Princeps malus.** Ut canicula pestilens est omnibus sydus: Ita principis mali potestas omnibus nocet.

**Vicinitas.** Luna præcipue mouet inferiora, non quod efficacior, sed quia propior: Ita multum habet momenti ad res conficiendas vicinatas.

Ut bruta fulmina montes feriūt irrito ictu: Ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est consumit.

**Mutatio morum.** Ut Aphricæ Auster serenus est, Aquilo nubilus, præter aliarum regionum naturam: Ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores.

**Sors beatæ.** Sicuti nec Aegyptus ob calorem, nec Scythia ob rigo rem sentit fulmina: Ita uel ingens potentia, uel extrema fortunæ humilitas, tutū reddit à contumelijs.

**Sors inuidæ obnoxia.** Ut autumno aut uere maxime fulgurat, minus hyeme aut æstate: Ita mediocris fortunæ celsitudo, ictibus obnoxia est.

**Reluctans animus.** Ut quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciant, ne certa quidem confusa: Ita diuina uis, aut regia potestas in obstantes se uicit, mollibus parcit et cedentibus.

**Temeritas.** Ut non solum stultū est, uerum etiam pericolosum euocare fulmina: Ita demētia est reges ad se accersere, qui non nisi magno nostro malo prouocantur.

Ut fulmen quodcunque animal protinus occidit excepto

excepto homine: Ita fortunæ procellæ indoctos, ac bruto= Sapiens  
tos protinus animo deiciunt, sapientē non item. fortis.

Qui in altis sunt specubus, à fulmine non feriuntur: Sors beata.  
Ita infima fortuna tutissima est.

Sicut aliquando tonat sine fulgetris, idq; tonitru terrorem habet, periculo uacat: Ita quorundam minet Minæ. rent, non nocent.

Hypanis fluuius, Scythicorum amnium princeps, perse purus & dulcis, circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficitur, atq; ita dissimilis sui in mare condi Incon-  
tetur: de quo quidem est illud Solini elogium: Qui in prin stantia,  
cipijs eum norunt, prædicant: qui in fine experti sunt,  
non iniuria execrantur: Ita quidam initio blandi & amihi, postea longe dissimiles sui reperiuntur.

Vt attagen aliâs uocalis, captus obmutescit: Ita qui busdâ seruitus adimit uocē, qui liberi loquebantur: Aut Seruitus.  
spōte loquuntur, aut canūt nōnulli, si cogas, reticescunt.

Memoria similis reti, quod maiora continet, minuta transmittit. Memoria

Vt arbor excisa repullulat, euulsa nō refuticatur: Malū ra-  
Ita malum si penitus tollatur, non renascitur. dicitus ex tirpandū.

Vt auibus pennas accidimus, ne longius auoleat: Ita Opū a-  
quibusdam opes & autoritatem, ne se tollant in altū. missio.

Vt accisæ pennæ tempore renascuntur: Ita nisi assidue premas, renascitur potentia. Potentia.

Vt qui chirurgi manus horrent, dicta curantur: Ita

**Remedii** qui asperiora non ferunt remedia, leuioribus remedijis sunt corrigendi.

**Vt si Venerē suam Apelles, aut si Protogenes Hiaty Egregius** sum illum suum cœno oblitum uideret, magnū accipere artifex ret dolorem: Ita si quis cōspiciat eum corruptū, quem suo delestat, ad bonos mores instituisset: aut ignominij effclum, pere, quem ornasset honoribus, iniquo animo ferret.

**Vt mulieres ob hoc ipsum bene olēt, qā nihil olēt,** & **Oratio** in quibzā delectat cultus neglectus: Ita theologica oratione hoc ipso uidetur ornatrix, quod ornamēta neglexit gica.

**Vt magis est probāda medicina, quæ uitiosas corporis Magistras** partes sanat, q̄ quæ exurit: Ita melior est magistratus, qui ciues improbos corripit, quam q tollit ē medio.

**Hortatus** **Vt apud iureconsultos etiam qui frigidam suffundunt, simili notantur infamia:** Ita culpādus qui ad turpia hortatur, non is solum qui turpia facit.

**Vt qui parant statuam facere: prius rude quoddam Composi** simulacrum fingunt ē truncō: postea dolant ac poliūt: **tio operis** Ita qui orationem aut librum instituit.

**Vt callus tempore factus adimit sensum: Ita diutina Consuetudo** mala consuetudo facit, ut leuius feramus.

**tudo.** **Vt natura nō est eadem omnibus locis, neq; flatuū, solitudo;** nec maris, nec pluiae, nec arborum, nec animantium: **avōfantes.** Ita non oportet hominem ubiuis eundem esse, sed cum loco ac tempore uariari.

**Vt Euripus in Eubœa septies in die defluit, ac toties refluit**

refluit mira celeritate. At idē tribus diebus uno quoq; Immodo  
mense stat immotus septima, octaua, nonaq; luna : Ita ratus.  
quidā inaequales sibi, aut nimū præcipites sunt, aut ni-  
mium lenti, in utrāq; partem plus satis uehementes.

Vt æstui maris, auctus aut detrimenta lune magis  
sentiunt imbecilliora corpora: Ita rebus contrarijs ue-  
hementius commouetur animus, minus sibi constans,  
et affectibus uitiatuſ.

Vt conchilia crescente luna augescunt, decrecente Stultus.  
macrescunt: Ita stultus à fortuna pēdens, nunc magnus  
est, nunc pusillus, nunc elatus, nūc supplex, ut cunque  
Rhamnusia mutauerit ſeſe.

Vt aqua maris in imo dulcior est quām in ſummo:  
Ita quo altius penetres in philosophiam, hoc minus ha- Philoſo-  
bet amaritudinis.

Tradūt physici ueteres, ſolem marinis aquis paſci,  
lunam dulcibus: Ita ſapientes amara querunt, modo Sapiens.  
utilia: ſtulti quæ delectant modo, ſectantur.

Quidam fluuij per medios lacus erumpunt, ut illis Cautus  
non miſceantur, ſed idem eadem aquarum magnitudi- cōuictus.  
ne poſt multa paſſuū milia exeunt, quā fuerant inuecti:  
Ita ſi in uitiosam incideris ciuitatē, ita ad tempus uten-  
dum hoſpitio, ut idem exeras qui ueneris.

In Aſphaltite Iudeæ lacu, itē in Arifissa Armenie Loquaci-  
maioris nihil mergi potest: ita quidā quicquid cōmife- tas.  
ris, in propatulo gerūt, neq; quicquā cœlare poſſunt.

**V**sus rerū Ut aqua marina ad potū inutilis, melius sustinet na-  
uē & fluialis dulcis & potui aptior: Ita suū unaquæq-  
res usum habet, si quis utatur ad id quod oportet.

In Dodona Iouis fons cū sit gelidus, & immersas fa-  
Christus ces extinguat, si admoueris extinctas, accendit: Ita Chri-  
sublimia flus si cupiditatibus flagrātē attigerit, sedat ac refre-  
deprimit, extollit rat: si deiectū & exanimatū, erigit et animosum reddit  
depressa.

Lyncestis aqua, quæ uocatur Acidula, non secus ac

**P**auper- uinum temulentos reddit: ita quosdā etiam sua pauper-  
tas & inscītia reddit feroceſ et improboſ. Eadem enim  
uitia ē diuersis nascuntur causis, ut ex scientia arro-  
gantia, eadem ex ignorantia.

**C**oncor- Tirrhēnus lapis quāuis grādis innatat, cōminutus si-  
dia. dit: ita cōcordia sustinemur, discordia pessum imus.

**Phiſo-** Vt oleum infūſum tranquillat mare, & lucem ad-  
phia. dit: ita philosophia componit animi motus, & ignoran-  
tiæ caliginem discutit.

**I**ngeniū. Vt ad naphtham id est bituminis genus) etiam pro-  
cul uisam ignes transiliunt ob naturæ cognationem:  
Ita ingenia literis nata, statim eas arripiunt.

**P**ertinax. Aiunt ignem Chimeræ mōtis semper ardentis, aqua  
animus accendi, fœno restinguī: Ita quosdā quo magis ores,  
minus commoueas, si dehorteris, ultro uolunt.

**M**utatio. Vt aquæ salinæ, pluuiā incidente, dulciores sunt cæ-  
morum teris aquis: ita meliores solent esse, quos ē diuersa uita  
mutauerit diuinæ gratiæ influxus, ueluti Paulus.

VI cap.

Vt canes Melitæi potissimum in delicijs sunt opulentis ac potentibus fœminis: Ita principes effœminati delicijs, plurimi faciunt adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes.

Effœmineatus  
princeps-

Vt sunt flumina quædā, que cū eadē sint, diuersis locis diuersa sortiūtur nomina: Ita quædā res in alio homine, uarijs nominibus mutātur: uelut fastus in princepe splendor appellatur, in priuato superbia.

Res à persona de nominantur.

Sicuti quo directius nos ferit sol radijs suis, hoc minor est umbra nostri: quo obliquius, hoc magis increscit umbra corporis: Ita quanto plus quisq; assequutus est ueræ sapientiæ, hoc minus magnifice de se sentit: quo longius ab ea, hoc se magis dilatat stultiſima persuasione sapientiæ.

Sapiens.

Vt inter tot hominum milia nullæ facies sunt per omnia similes, nec ullæ uoces: Ita suum cuiq; ingenium est, suus cuiq; mos.

Suū cuiq; pulchrū.

Tradunt in Albania nasci homines glauca oculorum acie, qui noctuarum ritu, plus noctu quam interdiu cernant: ita quidam plus sapiunt in rebus facinoris, quam in bonis ac præclaris: aut in sordidis potius quam in egregijs.

Versutia.

Vt Psylli in Africa, Marsi in Italia, non solum ipsi non leduntur à serpentibus, uerum etiam contrectatu ac saliu medentur alijs periclitantibus: Ita philosophis non satis esse debet, si ipsi non corrumptantur uitiosis

Philosophus,

tiosis affectibus, uerum oportet oratione alijs quoq; cu  
piditates noxias eximere.

Vt homini semper adest remedium aduersus serpens  
tium uirus, nempe saliuia, qua cō tacti ceu feruenti per-  
fusi aqua, fugiunt, emoriuntur etiam si in fauces pene-

**Animus.** trauerit: Sic aduersus omnes pestiferas cupiditates pre-  
sens remedium semper nobiscum circumferimus, si mo-  
do nouerimus uti. Id ab animo petatur oportet.

**Adulator** Qui fascino utuntur, laudando necat arbores, sata,  
pueros: ita adulator laudando perdit.

**Inuidia.** Sunt qui aspectu effascinant hominem: Ita inuidus  
oculus perniciem adserit rebus letis. Nec satis tutus rea-  
gum oculus, si quid habeas egregie pulchrum.

Qui effascinant, in oculis geminam habere pupillā  
dicuntur: Ita qui uruntur inuidia alienae fœlicitatis,  
nō eam intuentur oculo simplici, sed quicquid uident,  
sinistre interpretantur.

Est Indiae gens dicta Pandora, quæ in pueritia ca-  
no fit capillatio, in senecta nigrescunt capilli: Ita non-  
**Delirium** nulli primis annis sobrij ac modesti, grandiores iam ad  
nugas & ineptissimas uoluptates abijciunt se, & qua-  
si puerascunt.

Sicuti fœminæ quæ maturius pariunt, citius senes-  
**Præcox** scunt, uelut in Calingis Indiae gente, quinquennæ pa-  
ingenium riunt, sed octauum non excedunt annum: Ita præcocio-  
ingenia cito deficiunt.

Vt Ane

Vt Androgyni sic utrosq; imitantur, ut neutrū sint  
nec mares, nec fœmina: Ita quidam dum et Theologi Anceps  
uolunt esse & Rhetores, à neutrī agnoscuntur. studium.

Vt mare grauida, minus laborat & in gestatione, et  
in partu: Ita si rem honestissimam animo concepe= Honestata-  
rimus, minore negocio consequemur, quam stulta quæ tis amor.  
dam cble etamenta. Et qui mundi præmia sequuntur,  
minore dolore margaritum illud Euangelicum sibi pa-  
rare poterunt.

Agrippæ qui uocantur, quoniam præpostere na-  
scuntur: hoc est, pedibus primū emergentibus, malis  
auspicijs in uitā ingredi creduntur, magnoq; humani  
generis malo, ut Marcus Agrippa, & Nero: ita qui per Ambitus  
nefas, ac simoniā irrūpunt in imperiū, aut episcopatū  
(uti uocant) magnā pestem adducunt sibi suisq;.

Vt nonnullæ mulieres ex uiris quibusdam non con-  
cipiunt, alijs adiuncte, fœcūdæ fiunt: Ita sunt qui apud Ingenia  
quosdam præceptores indociles, alijs traditi doctori-  
bus proficiunt: quod sunt ut corporum, ita & ingenio-  
rum cognationes, ac dissidia.

Vt horologij umbrā progressam sentis, progredien-  
tē nō sentis, & fruticē aut herbā creuisse apparet, non  
apparet crescere: Ita & ingeniorum profectus, quoniam  
minutis cōstat auctibus, ex interuallo sentitur.

Vt elephanti cum nare non possint, tamen amni- Indoctus,  
bus impense delectantur, circaq; illos uagari gaudent:

Ita quidam cum literas nesciant, tamen inter eruditos uersari gaudent.

**Mutua calamitas.** Dracones exugentes sanguinem elephantorum, occidunt eos, & ipsi uicissim inepti opprimuntur ac commoriuntur: Ita se per numero in bello, pars utraque & perimit & perit, damnum dat & accipit.

**Calumniator.** Bonasus animal, quoniam cornibus inutiliter impedit non potest laedere, fugiens simum reddit: cuius contactus in sequentes ut ignis aliquis comburit: Ita non nulli quoniam coram non audent congregari, a tergo sparsis probris contaminant hominem.

**Magnanimitas.** Sicuti leo citius saeuit in viru & in foemina, pueros non nisi summa fame coactus attingit, simplicibus ac per stratis parcit: Ita potentes infirmioribus debet ignorare, uires in alios experiri, quos vincere pulchrum sit.

**Couiciū.** Ut lasciuia simiarum febrim excutit leoni: Ita inimici couiciū aut contumelia, non unquam excussa desidia, ueternoque ad honesti studium nos acuit.

**Egregia tarda maturescunt** Leonis catuli informes nascuntur, uix ingrediuntur semestres, non mouentur nisi bimestres: Ita quae egregia futura sunt, sero proueniunt, & lentis auctoribus absoluuntur.

**Conuiciū** Leo cunctis formidatū animal, cantum ac cristam galli formidat: Ita summi principes infimorum conuicia nonnunquam timere coguntur.

**Iniecio in oculos sago**, leo sine ullo negocio capit, alioqui

alioqui inexpugnabilis: Ita facillimum est potētissimum Princeps etiam domare, modo cognitum sit illius ingenium. domatur.

Camelus nō gaudet potu, nisi prius obturbata conculcatione aqua: Ita quibusdam nihil placet in literis, nisi barbaria confusurcatum.

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equum pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigrim, aut pardum: Ita quidam inæquales sibi uarias horum formas exprimunt: si cultum inspicias, sanctum das. aliquem existimes, si orationem audias, satrapam loqui putas: si uitam expendas, nebulonem inuenies: si scripta, bubulcum.

Rhinoceros cornu gerit in naribus: Ita quorundam Mordax. sales dentatis sunt & aculeati.

Catoblepas & basiliscus solo aspectu necant, maxime si oculos intueare: Ita tyranni nonnulli solo oculorum coniectu nonnullos ad laqueum adigunt. Aut for Mulier mosa mulier & impudica perimit intuitu. formosa.

Vt basiliscus sibilo fugat omnes serpentes: Ita quidam adeo sunt pestilentes, ut alij ad illos collati, boni uidetur, atq; ultro cedant. Malus.

Lupis quos ceruarios vocant, etiam in fame surrexit obliuio cibi, si modo respexerint, ac protinus alium querunt: Ita nonnullis mox excidit, quod modo insti. Obliuio. tuerant narrare, si interiectis uerbis aliquot animum illorum aliò deuocaris.

Afpis

*Aſpis pestilentissimum malum non uagatur, niſi cū compare, ea interfectorem pertinacissime persequitur: Ita tyranni filium, aut alium tyrannidis successorē adiungunt, ne deſit ultior, ſi quid acciderit.*

**Tyrānus** *Crocodilus patitur Trochilū auiculā carpere eſcā ē fauſibus ſuis, non illius amore, ſed ſua ipſius cauſa. Re purgat enim roſtro ſuo os illius: Ita tyrāni etiā ſi quid alicui cōcedunt, ſemper ad ſuū reſerūt cōmodum.*

**Timidus** *Crocodilus terribilis eſt in fugaces, fugax contra inā sequentes: Ita quidam ſi concedas ac metuas, tum fero Adulator ciunt: ſi ſtrenue contēnas et obſiſtat, statim cōcedunt In aſpidiſ iclu nullum eſt remedium, niſi ut partes Mors. contactē amputentur: Ita quædam uitia ſola morte ſanari poſſunt.*

**Cupidi-** *Inevitabile malū eſſet aſpis, niſi natura hebetes ad didiſſet oculos. Ita quidam eſſent pestilentissimi, ſi pra tas nocēdi uæ cupiditati accederet et ingenij uis, ut rationē quoq; nocendi poſſint excogitare.*

**Philofo-** *Dictamum herba ſagittas educit ē corpore, hanc phia. cerui monſtrauere: Ita philosophiae ratio, fortunæ iacula eximit animo.*

**Difſimile** *Cerui paſtu dictami excutiunt corpore ſagittas, à phalangio percuſſi cancrorum eſu ſibi medentur. lacer tæ à ſerpentibus iicti, herba quadam ſe refouent: hirundines uexatis pullorum oculis chelidonia ſuccurrunt: Testudo cunilæ paſtu uires aduersus ſerpentes reficit: Mustela*

Mustela in murium uenatu ruta se confirmat: Ciconia Animant  
origano, hædera apri sibi medentur in morbis, itē canarium ua-  
crorū esu: Anguis fœniculi succo abiicit exuuiū: Dra ria reme-  
co uernā nauseam sylvestris lactucæ succo restinguat: dia obser-  
Pantheræ aduersus aconitū, hominis excrementis sibi uandum  
medentur: Elephas Chameleonte fronde (nam similis  
est animanti color) deuorata: Vrsi cum Mandragoræ  
mala degustauere, formicas lambunt: Ceruus uenenatis  
pabulis herba cynare resistit: Palumbes, graculi, meru-  
la perdices, lauri folio annuum fastidiū purgant: Idem fa-  
ciunt columbæ, turtures, gallinacei, herba quæ uocatur  
helxine: anates, anseres, cæteræq; aquaticæ, herba sive  
rite: grues & similes, iunco palustri: Coruus occiso cha-  
maleonte, qui etiam uictori nocet, lauro infestum uirus  
extinguit, breuiter nullum est animal, quod non intelli- Homo.  
gat sua remedia: Solus homo nescit, unde uel corporis  
uel animi remedia petere debeat.

Hyena uocem humanam imitatur, & nomen ali- Assenta  
cuius ediscit, quem euocatum lacerat: Ita quidam obse-  
quio blandiuntur, donec in perniciem trahant. tio.

Hyena sic auida est excrementorū hominis, ut si in Voluptas  
uase suspendantur altius quam ut possit attingere, ene- inconside-  
ret se, defatigati porrectu corporis: Ita nonnullis quod rata.  
est foedissimum, id dulcissimum est.

Fibri Pontici genitalia sibi ipsis amputant membra  
in uenatu, quod ob hoc se peti intelligant: Ita pruden- Prudens-  
tis est

## 160 D. ERAS. ROT. SIMILIÀ

tis est aliquando abiçere rem, ob quam periclitatur.

**Princeps.** Cerui cum arrexere aures, acerrimi auditus sunt,  
cum remisere, surdi: Ita principes si quid est quod placeat, id procul etiam percipiunt: si quid secus, quantumuis clamans, non intelligunt.

**Dives.** Cerui cum sua cornua cogantur abiçere, tamen occultant ea, præcipue dextrum, ne medicamentū uis alijs sit usui: Ita diuites nonnulli, cum ipsi diuinitijs uti non queant, haud tamen sinunt alios frui.

**Philautos.** Vti chamæleon non alio pascitur alimento, q̄ aëris, et idcirco ore est semp̄ hiâte: Ita quosdā aura popularis aalit, neq; quicq; captāt̄ præter inanes laudes, et gloriam.

**Adulator** Chamæleon qui subinde mutat colorē, omnē imitatur tur̄, præter rubrū & candidum: Ita adulator nihil non imitatur in amico, præter ea quæ honesta sunt.

**Cū lupis ulula.** Tarandus omnium arborum & fruticum, locorūq; in quibus latitat, colorem uillis etiam imitatur: Ita tuis torquierit, qui ad quancunq; gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur.

**Diffimile** Hystrix nō iaculatur spinas suas, nisi cū prouocatur, aut urgetur: At scurra in quemuis dicta sua torquet.

**Fœtus in-** Vrsus informes gignit catulos, eos lâbendo format: genij. Ita rudē ingenij fœtū diutina cura expoliri cōuenit.

**Præcipi-** Vti canis properans in enitendo, cæcos parit catutū opus los: Ita præcipitata opera non possunt esse absoluta.

**Barbarus** Ut ignavi canes omnibus ignotis allatrant: Ita bari

bari quicquid non intelligunt, carpunt ac damnant.

Vt muti quidam canes, prius mordet quam latrât, sunt enim ex huiusmodi, quos aliquot ipse uidi: Ita qui Nocendi dam prius lædunt quam expostulent libido.

A sinæ per omnem gignunt uitam: cū homo tamā maturæ desinat parere: Ita facilior ac perpetuus prouetus Pulchra rerum uilium, egregia raro contingunt. sunt rara.

Nullum est animal quod impensius amet suos fœtus, quam asinus et simia: Ita indocti suas commentatiunculas præter alios amplectuntur. Indoctus.

Mulus ex equo et asina conflatus, nec equus est, Anceps nec asinus: Ita quidam dum et aulici esse uolunt, et ecce uita. siastici, neutrum sunt.

Muli calcitratus uino crebro inhibetur, mulieris pe-  
tulantia uino prouocatur. Dissimile Vinum.

Simia catulos ferè complexu necat: Ita nonnulli pa-  
rentes immodico erga liberos affectu, et indulgentia gentia.  
corrumpunt illos. Indul-

Vt est regio que careat uenenis, ueluti Creta: Ita Dissimile non est respublica aut aula, que careat inuidia. Inuidia.

Creta nullum habet uenenum, præter phalangium,  
id est, aranei genus: Ita non est monasterium tam san- Monaste-  
gium, quo d immune sit ab obtrectationis et inuiden- rium.  
tie malo.

Angues in Syria erga indigenas uenenum non ha-  
bent, nec eos petunt, exterros cum cruciatu exanimat:

L Ita

**Huma.** Ita insulares in suos satis humani, in alienigenas imi-  
nus. mitissimi sunt.

Indicæ testudines, meridiano tempore blandiente,  
gaudent toto dorso per tranquilla fluitare, donec obli-  
tis sui, solis uapore siccatur cortex, ut mergi nequeat,  
iamq; inuitæ natent opportune uehantum prædæ: Ita  
quidam spe magnarum rerum allæcti, in principum au-  
las sese coniiciunt, et adeo deliniuntur aulae delicijs, do-  
nec imprudentes eò redigantur, ut non possint etiam si-  
uelint, in suum ocium sese recipere.

**Mugiles** si caput condiderint, putant se totos oculi  
**Stulta** o-  
**tari:** Ita quidam si sua uitia disimularint ipsis putat ab  
**pinio.** alijs non animaduerti, qui mos idem & pueris est.

**Astutus.** Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine  
sargus, qui illo coenum fodiente excitatum deuorat pa-  
bulum: Ita sunt qui se misceant alienis negocijs, ut eis  
laborantibus, fructum ipsis præripiant.

**Diues.** Scombri in aquis sulphureñ habent colorem, extra  
aquas similem cæteris: Ita diuites in suo regno dijs pas-  
res, & cæteris longe præstantiores uidentur, in morte  
nihil ab alijs differunt.

**Amor.** Ut echeneis licet exiguis piscis, nauem uelis citata  
remoratur: Ita animum ad honesta properantem pucl-  
la quepiā nonnunquā reuocat, ac retardat affixa.

**Pertina-** Sicuti Polypus quicquid brachijs attigerit, suctu te-  
cia, net & attrahit: Ita difficillimum est euellere de manis  
bus

bus quorundam, si quid nocti fuerint.

Polypus stupidum alioquin animal, in captandis cōchis incredibili utitur solertia: Ita quidam ad solum ~~αρσόφιλος~~ quæstum suum sapiunt, alibi pecudes mere.

Vt sēpenumero Polypus dum conchæ carnem capiat, ipse capit ac tenetur: Ita sēpius dum alijs noce re studemus, nos ipsos in periculum adducimus. Malū con salium cōfultori pessumū.

Vt echinus semper in spinis ingreditur, quod spines secum circumferat: Ita quibusdam in omni negotio acerbitas est, propterea quod animo secum adfrant asperitatem, etiam si res ipsa nihil habeat incommodi.

Vt cancri in metu utroque uorsum pari celeritate ingrediuntur: Ita cum res exigit, uertendi sunt in diuersum mores. Homo uarius.

Minimi cancri, quos pinnoteras uocant, quo tuiores sint, inanum concharum testis se condunt, et cum accreuerint, migrant in capaciores: Ita quidam maiorum suorum titulis tuentur se, cum suis diffidant virtutibus. Ignauus aliena uitute se tue tur.

Vt uniones tametsi in mari nascuntur, tamen plus habent cognationis cum cœlo, cuius faciem reddunt: sus animus. Ita pius ac generosus animus magis à cœlo pendet, unde dicit originem, quam à terra, in qua uiuit.

Rhombus, & squatina, & rhaia, & pastinaca cum tardissimi sint piscium, tamen sēpe reperiuntur haben-

**Ars.** tes in uentre mugilem omnium uelociſſimum, ſolertia  
et ingenio capientes: Ita quidam arte ſuperant longe  
potentiores opibus aut uiribus.

**Trochus** pifcis ipſe ſe init, et ex ſeſe concipit: Ita  
**Ingenio.** quidā ingenij fœlicitate ipſi literarū ſemina infundūt  
ſus. ſibi, quos à uſo diſlæctouſ uocant Græci.

**Struthiocamelus** auiū maxima, ſed ſtolidiſſima: Nā  
Vaſtum ubi collū occultarit frutice, latere ſeſe existimat: Ita qui  
corpus. dā ingēti mole corporis onuſti, minimū habet ingenij.

Vt Phœnix nunquā eſt niſi unica, et ea uix credita  
Rarū eſt cuiquam: Ita rerum optimarū ſumma rariſtas eſt.  
**optimum**

**Aquila** auiū rapaciſſima, nō oppetit morbo neq; ſe-  
**Auarus.** nio, ſed fame: Ita auarus quo magis accedit ætas, hoc ma-  
gis cruciatur habēdi ſtudio, et minus potest uti partis.

**Aquilarum** pennæ quoq; aliarum auium pennis ad  
Tyrānus mixtae, eas deuorant: Ita tyrannis penitus inſita uis eſt  
ſpoliandæ plebis, ut mortui quoq; aliquid auferant.

**Hæredi-** Vultures triduo futura cadauera preſentiunt, eoq;  
petia. aduolant: Ita quidam captatores, multis etiam annis  
morti diuitium imminent.

Vultures ipſi nihil occidunt, ſed ab alijs occiſa inua-  
dunt: Ita nonnulli alienis fruuntur ſudoribus.

**Odiūprin** Cybindus auiſ bellū internicinum gerit cum aquila  
cipum: adeo ut cohærentes ſæpenumero prendantur: Ita fit ali  
quoties, ut dum mutuū in ſe odiū pertinaciter exercent  
principes, utriq; ſubuertantur, tertio quopiā inuadēte.

Coccyx

*Coccyx oua subdit in nidis alienis: Ita quidam alie μαχλοσύνη.  
nas uxores faciunt matres.*

*Coccycis pullus ubi adoleuerit cum sit nothus, tam  
men legitimos deuorat, unaq; matrem ipsam: Ita qui= Indul-  
dam magna indulgentia, stultoq; amore quorundam gentia,  
educati subuertunt eos.*

*Pavo non explicat pennas nisi laudatas: Ita quidam Cupidi-  
putant se non habere quod habet, nisi sint qui miretur. tas laudis*

*Galli saepius in pugna commoriuntur: Ita quidam Diffidium,  
mutuis diffidijs conficiunt sese.*

*Gallus uictor ilico cantu superiorem sese testatur:  
Ita quidam sua facinora iactant ipsi, & suarū laudum φιλαυτία;  
ridiculi sunt tibicines.*

*Vti ciconias nemo aduenire sentit, sed aduenisse: ne  
mo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculumq; fa-  
ciant utrungq;: Ita iuuentutē nemo intelligit discedere, Aetas fu-  
sed discessisse: & senectutem non sentimus aduenire, gax.  
sed aduenisse.*

*Apud Thessalos capitale est occidere ciconiā, nō ob Honor.  
aliud nisi quod serpentes interficit: parcitur & apud  
Eritannos miluijs, quod urbem raptis extis pecudū re-  
purgent: Ita quibusdam honos habendus, non quod ipsi  
digni sint, sed quod illorum opera nobis sit usui.*

*Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersa, semper  
eosdem repetit nidos: Ita non oportet amicorum ob Amicus.  
intermissam uitæ consuetudinem obliuisci, sed memo-*

riam illorum semper nobiscum circumferre.

Ciconiae quoties conuolant in campū, quem Pythonis comen uocant, is est locus in Asia) quæ ultima omnium aduenerit, eam lacerat, atq; ita discedunt in una omniū cessatiōe castigata: Ita multitudinis uitia, unius

**Exemplo**  
purgātur  
uitia.

in signi supplicio sunt uel sananda, uel arcenda.

**Vitilitiga-**  
tor.

Coturnici ueneni semē gratissimus est cibus: Ita qui dā maledicētia & uirulētis dictis impēdio delectatur.

**Suspicio.**

Vt hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamē nō assuescunt nec fidunt homini: Ita quidam amicos semper habent suspectos, præsertim insulares.

Hirundo estate aduolat, instante hyeme auolat: Ita infidus amicus rebus letis præsto est, commutata for

**Infidus**  
amicus.

tuna deserit amicum.

**Infidus a-**  
amicus.

Seleucides aues nunquam conspicuntur à Casij mōtis incolis, nisi cum illarum præsidio est opus, aduersus locustas ustantes fruges, nec unde ueniant, quoque abcant, cognitum: Ita quidam nunquam apparent, nisi cum nostro egent auxilio: nec uisunt amicos, nisi cum urget neceſtas aliqua.

**Immodi-**  
cū studiū.

Luscinijs tantum est canendi studium, ut certantes emoriantur, spiritu citius deficiente quam cantu: Ita nonnulli literarum immodico amore ualetudinem extingunt, & dum à nullo uinci uolunt eruditione, peccunt in ipso conatu.

Vt Halcyones etiam media hycme mare tranquili-

lum

lum præstant, nō sibi solū, sed alijs quoq;: Ita sapiēs tur Sapiens.  
batissimis rebus nō solum ipse tuebitur animi tranquil  
litatem, sed alios concitatos componet ac sedabit.

Vt halcyones uidere rariſsimū est, sed quoties appa  
rent, tranquillitatem uel faciunt, uel denunciant: Ita  
abbates & episcopi raro deberēt prodire in principum Episcopi  
aulas, sed rerum motus, & bellorum tempestates auto= officiū.  
ritate sua composituri.

Columbo in uolatu pernitas, sed dum plaudit in  
aere sibi placens, implicatis strepitu pennis, capitur ab  
insidiante alicubi accipitre: Ita multi dū ostentant suas Ostenta  
uires magis q̄ utuntur, obliiti sui, præda fiunt inimicis.

Apodes auiculae, aut pēdēnt uolatu, aut iacent, pro  
pterea quod pedibus careant: Ita quidam in utrāque Immode  
partem nimis uehementes, aut nimium tumultuantur ratus.  
negocijs, aut toti torpent ocio: nil medium est.

Taurus auis cum sit pusilla, tamē boum uocem imi= Fastus.  
tatur: Ita nonnulli cum re sint exigui, tamen loquun  
tur reges ac satrapas.

Arrođut hoīs cibū mures, uiuūt sub eodē tecto, nec  
sūt assūscūt homini: Ita quidā amici parū synceri, nec Amicus  
relinquūt cibi cōmodiq; causa, nec amāt tamē aut fidūt non syn  
cerus.

Sicuti picis mirū est studium imitandi uerba homi  
nis, adeo ut in conatu non nunquā emoriantur: Ita nō βαττολογία.  
nullis dulce ediscere preculas & psalmos, eosq; subinde  
sonare, cum non intelligant.

**Lactantia** Ut oua plena sidunt, inania fluitant: Ita qui ueris nō cadit uirtutibus aut literis est præditus, minus ostentat se in doctū. quām quis secus.

**Consiliū.** Si fœmina inter aues saliat fœminam, nascitur qui dem oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita cōsiliū quod animo conceperis, non accedente ratione, fruolum est & inutile. Ouā sic nata, Hyponemia, hoc est, subuentanea uocant: dicuntur & Zephyria, quæ uēto cōcipiuntur: Sic euānidum est, quicquid imaginatione, nō certato iudicio instituitur.

**Opus lon** Serius ædūtur, quæ diutius uictura sunt: Ita diu pre gæuum. mendum opus, quod semper legi uelis.

**Compen** Quo maius est animal, hoc minus est fœcūdum, mi satio. nuta numerosi fœtus sunt, adeo ut Acanthis minima a uicula duodenos pariat pullos: Ita quæ minus ualent pondere, numero sunt pensanda.

**Seditio-** Salamandra non nisi magnis imbribus prouenit, se renitate deficit: Ita quidam non apparent, nisi statu ci sus. uitatis bello aut seditione turbato, idem rebus pace cō positis emoriuntur.

**Inertia.** Salamandræ tantus est rigor, ut ignem contactum non aliter quām glacies extinguat: Ita quidam citius hominem ad torporem adduxerint. quām ipsi ad honesta inflamentur.

**Natura.** Ut talpæ quod parum aut nihil cernant, liquidius audiunt: Ita natura paria facit, dum quibus corporis formam

*formam negavit, his animi uigorem confert.*

Vti culices ad dulcia non aduolant, sed acria petūt:  
Ita quidā maledicis & infestius sermonibus uehementius delectantur.

Non omnem escam omnes amant pisces, sed alius alia delectatur: unde pescatores gnari quam quisq; maxime appetit, fallunt ea potissimum obiecta: Ita adulatator deprehenso hominis ingenio, quibus rebus delinatur, à quibus abhorreat, quod illi gratissimum esse intellexerit, hoc potissimum eum captat.

Sicuti capreæ & coturnices uenenis saginantur: Ita quidam aluntur maledictis & obtrectationibus.

Vt inter animantium genera occulta quædam sunt dis̄sidia, cū nulla appareat dissidiij ratio, uelut araneæ & serpenti, formicis ac soricibus, trochilo & aquilæ, alijsq; cōpluribus: Ita sunt qui illam aut illam oderint gentem, cum nesciant quamobrem oderint. Quidam odere rhetoricien, aut Græcas literæ, cum hoc ipsum ignorant quododerunt.

Vt in culice non minus admiranda naturæ uis est Sapiens, quam in elephante: Ita sapiens in maximis pariter ac minimis negotijs, magnum uirum ostēdit. Aut ingenij uis etiam in ludicro atq; humili argumento elucet.

Apis cum minimum sit insectum, tamen admirabile facit opus, & mira ratione politiam moderatur: Ita in pusillis corporibus summa nonnuquam ingenij uis.

Adulator

Maledi-  
cūs.

Inscitiae  
mula do-  
ctrinæ.

τὸ σμίκρον  
σθέμα

Apes exteriora tecloria faciunt ex succis amarioriæ  
theoriaria, bus, quod dulcissimum est, in intimis recondunt: Ita theo-  
logia insipidis quibusdam allegoriarum corticibus ob-  
tegit sapientiam, quo prophanos arceat.

Vt apes non quiduis ex omnibus colligunt, sed aliun  
Fructus le de Metyn, aliunde Pissoceron, aliunde Propolin, aliun  
ctionis ex de Rhitacen, aliunde sobolem, aliunde mel: Ita non om-  
diuersis nia petenda ex eodem autore, sed ex unoquoq; sumen-  
autori- dum, quod habet utilissimum: Ex poetis & oratori-  
bus, uerborum splendor: Ex dialecticis, argutia differen-  
tibus. di: Ex philosophis cognitio naturæ: Ex theologis, præce-  
pta uiuendi.

**Virtus.** Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent  
floribus: Ita uirtus, & literæ sic ab alijs sumuntur, ut  
nihilo deterior sit is, qui communicauit.

**Delectus** A floribus marcidis apes abstinent: Ita non attingen-  
dus liber, qui putidas habet sententias. Aut nihil attin-  
studij. gendum, quod non sit elegans & succulentum.

Apes fucis, ad opus & fœtum calore confouendum,  
utuntur, ubi cœperint mella maturescere, tum expellūt  
Fructus ac trucidant: Ita ab inimicis quoq; sumendum, si quo  
inimici. pacto per occasionem prodesse possint.

**Mona-** Si fuco alas ademeris, & in alueum reiicias, is cetera  
ris item fucis alas adimit: Ita qui in monachorum tra-  
chus in- eti nassam, semel amiserint uitæ libertatem, alios quoq;  
uidus. quos possunt pertrahunt, ne melior sit aliorū cōditio.

Apes

Apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quo  
ties cœli commoditas inuitat: Ita suo quæq; tempore Occasio  
rapienda est occasio.

Rex apum solus aculeum non habet, aut certe non  
utitur, ad hæc grandior est corpore, & specie decen-  
tior, sed alis quam ceteræ minoribus: Ita principem Princeps  
oportet esse clemētissimum, & à sua ciuitate nusquam  
auolare longius.

Rex ipse quidem non operatur, sed obambulans, ac Princeps  
circumuolans alios uelut exhortatur: Ita princeps non consilio  
opera, sed consilio & iussu prodesse debet suis.

Vt fuci cum ipsi non mellifcent, tamen illarum insi-  
diantur laboribus: Ita sunt qui nihil ipsi excudant, sed  
aliorum uigilijs elaborata furto sibi uendicant.

Vt apis amissio aculeo, iam nec nocere potest, exar-  
mata, nec prodesse ad mellificium: Ita mortales qui no- Homo.  
cere norunt, ijdem norunt prodesse.

Cum maxime feruent apum inter se prælia, tum ia-  
ctu pulueris, aut fumo tota res cōponitur: Ita grauissi Motus  
mi rerum motus inter principes, affinitate aut simili re principū.  
quapiam nugacissima finiuntur.

Ter nouenis crabronum ictibus interfici hominem Offensa  
existimant: Ita offensa tametsi per se non capitalis, ta- iterata.  
men saepius iterata capitalem parit inimicitiam.

Damnatur bombicina uestis seu multitiū, quod pel-  
lucens non tegat corpus, cum in hunc usum sit reperta  
uestis

**Facundia uestis:** Ita ridenda facundia, quæ rem non explicat, sed inutilis. inuoluit, cum in hoc repertus sit homini sermo.

Vt aranearum telas corui perrumpunt, muscæ im-  
**Lex. plicantur.** Ita leges plebeculam uexant, à potentibus uiolantur impune.

**Dissimu- latū odiū.** **Scorpius uenenu in cauda gerit,** & obliqu; frit: Ita quidā in fine uirus effundūt suū, & disimulāter lēdūt.

Muta cicada pro miraculo est, quod ipsum genus sit

Silentiu garrulum. sunt autem huiusmodi in agro Regino: Sic ornat fœ- magis admiramur constantiā & silentium in fœmina, minā. quod ipsum genus mutabile sit & loquax.

**Ebriosus** **Muscæ & alia nōnulla insecta** suctu uiuunt, ideoq; eis pro lingua est fistula: Ita quosdam uideas bibones, qui potu uiuant, à cibo abhorreant.

Vt lampyrides non sunt conspicuae, nisi noctu aut in Obscure obscuro: Ita quidam non sunt illustres, nisi inter humi illistris. les & idiotas, obscurantur autem inter egregios.

**Publici boni obli bi:** Ita nonnulli mortales sibi duntaxat consulunt, & uio. suum modo negocium agunt.

Vt Indicæ formicæ aurū è cauernis erutum seruant Diues a- tantum, non fruūtur: Ita diues auarus nec fruitur ipse uarus. suis opibus, & alijs inuidet illarum usum.

**Hirudo & quoddam pediculi genus cui nō est exi- tū cibi, quod insatiabile sit, suctu sanguinis intumescēs Auarus, rumpitur deniq;: Sic auarus copia sua præfocatur.**

Ytipy

Vti pyralis ultro aduolās lucernis, adustis alis colla Sorex suo  
bitur, ac perit: Sic quidā ipsi sibi accersunt perniciem., strepitū  
perit.

Vt cochleæ lente ingrediuntur, nec quicq; attingūt Lente fe-  
aut usquā sese mouent, nisi cornibus prætentarint: Ita stinandū-  
sapientē oportet esse contabundū, minimeq; præcipitē,  
et pedetentim aggredi, gustu quodā prius sumpto.

Quemadmodum apud Myconios non est indecorū  
caluitum, quod illic omnes calui nascantur: Ita apud φιλαρυρία.  
Italos (ut hos exempli causa nominem) nō est turpe pe-  
cuniæ studium, quo nemo non tenetur apud illos.

Sunt qui proprius admota non cernunt, quæ longius Cura alie-  
absunt, uident: Ita nonnulli plus sapiunt in rebus alieni.  
nis, quam in his quæ ad se pertinent.

Quibus maiora sunt corda, timidiſſima sunt, maxi-  
meq; bruta: Nam asino maximum eſt, et in Paphlago Ornatus  
nia perdicibus bina sunt corda, cum animi sit concepta immer-  
culum et fons: Ita quidam quo magis abundat insigni tus.  
bus, hoc minus habent rei. ueluti si doctor indoctus la-  
tiſſimo utatur pileo aut epomide.

Animantia quibus longa sunt crura, ijsdem longum Rapina.  
ſit collii oportet: Ita qui magno strepitū studēt uiuere,  
longius rapiant necesse eſt, unde suppetat sumptus.

Chamæleon maximum habet pulmonem, et nihil Iactantia.  
aliud intus: Ita quidam præter ostentationem, et uen-  
tosam iactantiam, nihil habent.

Simia cū imitetur hominē, tamē animal eſt omnium  
desor

174 D. ERAS. ROT. SIMILIA

Affecta deformissimū: Ita si quis affectet quod optimū est, nisi  
tio. sœliciter affectet, incidit in id, quod est pessimum.

Nobilitas utelut à distortis cruribus Vari, à tumidis labris Chilo-  
non uirtu nes, à naso prægrandi Nasones: Sic non nulli malefactis  
te parta. sibi famam pariunt, ac nobilitantur.

Loquaci- Infantes qui celerius loquuntur, tardius ingredi in-  
tas. cipiunt: Ita qui ad dicendum promptior est, ad rem ge-  
rendam minus est paratus.

Oratio ui Euoce agnoscimus hominem, facie non conspecta.  
nam sua cuiq; uox: Ita ex oratione licet hominis uitam  
tex index. coniectare.

Amor ui Vltures unguentorum odore fugantur, ad cadaue  
ra aduolant: Ita quidam à rebus honestis abhorrent, ad  
tiorum. fœda rapiuntur.

Antiqui- Sicut unguentis et uinis: ita et libris precium ada-  
tas. dit antiquitas.

Nemo ex Ex maioribus cedris, quæ florent, non ferunt fru-  
ctum: quæ frugiferæ sunt, non florent: Ita non nunquam  
omni par quibus adest dicendi lepos, non adest sapientia: quibus  
te beatus. suppetit rerū utiliū cognitio, deest eloquij uenustas.

Forti- Ut palmæ arboris ramus, imposito onere non defle-  
titur in terram cæterarum more, sed remittitur, et ul-  
timo aduersus sarcinæ pondus erigit se: Ita uiri fortis  
tudo. animus, quo plus negocijs premitur, quoq; magis sœuit  
fortuna, hoc est erection.

In Cam

In Campania uites populos amplexæ, ipsa equabat cacumina, adeo ut uindemiator rogum ac tumulum Arduum exciperet: Ita qui in arduis uersantur negotijs periculi meminisse debent.

Quemadmodum uitis tametsi arbor omnium nobi Opera lissima, tamen arundinum, aut uallorum, aut arborum mutua, infrugiferarum eget sustentaculis: Ita potentes & erudi inferiorum egent opera.

Vt uallis aliquoties frōdibus suis uitem amplexam Auxiliū strangulat: Ita nonnunquam adminiculi gratia obiter nocens. asciti, subuertunt & opprimunt potentiores.

Vt uitis nisi amputes, late sese spargit, brachijs suis omnia complectens & implicans: Ita princeps ambitiosus semper aliquid è proximis suo adiungit imperio, ambitiosus nisi subinde uindicetur.

Sicut Aminæa uina senio fiunt meliora: Ita quidam Aetas, in iuuenta solutiores aut asperiores, ætate & usu rerū fiunt mitiores.

Contra Apiana uina, & alia quedam initio dulcia, austerritatem accipiunt ab annis: Ita quidam ætate fiunt inhumaniores.

Sicuti Maroneum uinum, cuius meminit Homerus, uicies tanto aquæ mixtum, tamen uigorem suum seruat: Ita sapiens nullis soluitur uoluptatibus. Sapiens:

Vt uino non est aliud corporis uiribus utilius, si repleutaris: nec eodem est quicquam perniciosius, si modus

**Philosofus absit:** Ita philosophia salutaris res est, si modice adhibeas, pestilentissima, si eius studio temulentus, à communis uitæ munij sreddaris alienus.

**Ingeniū uulgare.** Sicuti uina languidiora uappescunt ætate: Ita desipiscunt ingenia uulgaria, eximia etiam ad extremam durant ætatem.

**Consuetudo.** Vina non modo soli sui referunt saudem, uerum etiam arborum aut fruticum uicinorum: Ita non solum exprimimus eos, unde progeniti sumus, sed & eos quorum consuetudine sumus usi.

**Praua imitatio.** Sicuti imitatitia uina, quæ frugibus conficiuntur apud quosdam, hacenus assequuntur uini uim, quod inebriant, non tamen perinde reficiunt cordis uigore: Ita quidam quod in poetis est uitij, id assequuntur, nempe obscenitatem, cæterum eloquentiam, uenustatem, eruditio[n]em non possunt exprimere.

**Præcox ingenii.** Oliua serò puenit, sed fructū habet egregium. Salix statim adolescit, sed sterilis est: Ita præcox ingenium.

**Homo pestilens.** Negant ullum animal uenenatum fame aut siti emori: Ita pestilentes homines domi habent, unde se pascant, & suo aluntur ueneno.

**Aetatis cura.** Persica ob id ipsum pluris uenibant, quod non duarent, nisi in triduum: Ita audius rapiendum, quod citato præteruolat, ut iuuenta.

Caprifici ficus nunq[ue] maturescit, sed tam engignit uermiculos, qui deuolantes ad uerum ficum, perfoſſo ficorum

ficorum cortice, maturitatē illis tribuant: Ita sunt qui Exhorto  
ipſi nihil queant egregium facere, sed tamen aliquo pa-  
cio.  
cto stimulant alios, ut id faciant.

Vt aquae laus est, si nihil sapiat (nam uitiosæ signū  
est sapor aut succus:) Ita à ceteris quidem requirimus Theolo-  
loquentiam: Theologus hoc ipso laudatur, quod ins-  
fans est, & à Musis alienus.

Ferè non conuenit odori & sapori, ut ficiſ quibus  
nihil dulcius, nullus est odor, & cotoneis plurimū odo-  
ris, sapor autem asperrimus: Ita uix in eodē inuenias Homo  
homine blandiloquentiā, & beneficētiā, ac fidem. blandus

Vt laurus tota uiret perpetuo: Ita doctrinæ fama Fama do-  
non senescit, neq; marcescit. Lauri Baccæ amaræ qui-  
dem sunt, sed saluti conferunt: Ita philosophiæ prece-  
pta, salutaria magis quam blanda sunt aut iucunda.

Vina uasis infusa è taxo factis, mortifera sunt: Ita sa Eruditio-  
lutaris alioquin eruditio, si inciderit in hominem pesti-  
lentem, moribus illius redditur noxia:

Fraxinum campestrem in tantū horrent serpentes,  
ut nec matutinas, nec uespertinas illius umbras quāuis  
longissimas, unquam attingat: & si gyro frondibus hu-  
ius arboris claudatur ignis, & serpēs, citius in ignem  
fugiet, quam in fraxinum: Ita nihil conuenit uitij & Sapientia  
studio sapientiæ, sub cuius umbra quisquis se continu-  
rit, tutus erit ab huius uitæ uenenis.

Tilia cum habeat corticem ac folia dulcia, tamen  
M fructum

**Oratio** fructum eius nullum animal attingit: Ita quorundam phalerata oratio blanda, grataq; & composita, sententiarum nullus fructus.

**Inopia** re noxia, & semen habet omnibus inuisum animantium bus: Ita quidam præter orationis gratiam, nihil adserunt non fugiendum.

**Sapiens.** Rhododendri frondes iumentis, capris, & oviibus uenenum est, idem homini contra serpentium uenena remedio: Ita quod stultis perniciem adfert, ut res aduersa aut eruditio, id sapiens uerit in suum bonum.

**Varia in-**  
**genia.** Ut arborum aliae gaudent montibus, aliae uallibus, aliae siccis locis, aliae riguis & aquosis: Ita non omne uitæ genus homini conuenit. Sunt quæ quoquis proueniunt loco: Ita sunt horarum omnium homines, accommodati ad mores omnium.

**Proceres** à princi-  
pe pèdēt. Sunt arbores aliquot, quæ post solsticium inuertunt sua folia, ut ulmus, tilia, olea, populus alba, salix: Ita uulgus procerum, simul atq; princeps uitæ genus diuersum commutarit, uertunt & ipsi uultum, cultum, orationem, & omnia.

**Lente se-**  
**tinandū.** Sorbo folia uniuersa decidunt, cum cæteris arboribus paulatim id accidat: Ita quidam subito nudantur, aut profundunt, aut genus uitæ commutant, cum sensim id fieri oporteat.

**Ficus** non floret, cum fructus habeat dulcissimos:

Ita quidam benefaciunt nihil pollicitantes. Beneficē  
 Morus nouissima omnium germinat, & tamen pātia.  
 rit inter primas: Ita qui tempus idoneum opperiuuntur Oportu-  
 rei conficiendæ, etiam si serius cōperint, tamen matu-  
 rius conficiunt.

Vt arbores quædam belle florent, uerū nullum adfē Fallā ex-  
 ruit fructum: Ita quorundam puerorum indoles ma- pectatio-  
 gnā uitæ frugem pollicetur, qui simulatque adoleue-  
 rint, ad ineptissimas conuersi uoluptates, fallunt expe-  
 cationem omnium.

Salix ante maturitatē abiecit semē, unde ex Home-  
 rus frugiperdā uocat: Ita quædā ingenia præcoccia ci- Ingeniū  
 tius profiliunt ad docendū, aut scribendū, q̄ oportet. præcox.

Cupressi semina adeo minuta sunt: ut quædam oculi  
 liscerni non possint, & tamē in eo tanta est arboretum tam  
 procerat: Ita ratio minimū quiddā est ex occultū, sed Ratio.  
 eadem maxima est, si prodeat, ex uim suā explicet.

Stolonibus amputatis, omnia celerius adolescunt in  
 arbore, nimirū alimentis in unā collatis stirpem: Ita ani Animus  
 mus leuatus superuacuis negocijs, plus efficit in studijs liber.  
 honestis, tota mentis ui in idem intenta.

Vitis nisi subinde amputetur, ipsa sua fœcūditate gra-  
 tilescit et perit: Ita cohibēdū est immoderatū studiū fœ Ingentiū  
 licibus ingenij, ne parū moderato labore cōsumatur. foelix.

In uite quicqđ per amputationē adimitur materiae,  
 Id fructibus additur: Ita qui reciderit curas superuaca-

**V**erborū nes rerum sordidarum, plus ualebit in rebus scrijs & paucitas. graibus: Aut quo minus est uerborum, hoc grauiore sententie.

**V**t in inferendo calamus altius depresso, tardiu Aggres. fert, sed durat fortius: Ita præstat sic rem aggredi, usq; pru- firmior sit ac durabilior, potius quam ut præsens spe dens. etes lucellum.

**A**rbor per se infrugifera, tamen insitione discit se Institutio re fructus: Ita prauum ingenium institutiōe ad bonar frugem potest demutari.

**Ars.** Arbor suapte natura non nisi unicum factū gignit insitione eadem diuersi generis fructibus oneratur: It qui naturam suam sequitur, semper idem est: qui art ducitur, sui similis est.

**V**t noctuæ aues inauspicatæ noctu gementes (nan Lingua hæc illis uox est) mortalium inuident quieti. Ita uiru nocens, lenta lingua semper aliquid spargit, quo concordian hominum disturbet.

